

Caspar Mauritius Christian Nifanius

De Gentilium In Veteri Testamento Ad Regnum Coelorum Vocatione Dissertatio

Rostochi[i]: Richelius, 1655

<http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn740004794>


Druck Freier  Zugang



Ru. No. 1655

Mauritius, Casper B

Vetus Niponicus, Christian



DE
GENTILIIUM IN VETERI
TESTAMENTO AD RE-
GNUM COELORUM
VOCATIONE
DISSERTATIO,

Qvæ
Cum DEO

Consensu Venerandæ Facultatis Theol.
in Illustri Rostoch. Academia

PRÆSIDE
SPECTABILI FAC. EJUSD. DECANO
VIRO PER QVAM REVERENDO, AMPLISSIMO,
atque EXCELLENTISS.

DN CASPARO MAURITIO,
Theol. Doctore & Professore celeberrimo, nec non
PAST. ad D. Mariæ & Eccles. Rostoch. Superintendente vigi-
lantissimo, DN AFFINE AC PROMOTORE suo
ætatem venerando,
Publicè examinanda proponitur

M. CHRISTIANO NIFANIO,
DITHMARSO,

*Habebitur ad d. 23. Junij, horis antemeridianis
In Auditorio Majori.*

ROSTOCHI

Typis Johannis Richelii, Senatûs Typogr. 1655.



VIRI S

SUMME REVERENDIS, AMPLISSIMIS
atque EXCELLENTISSIMIS

DN. STEPHANO CLOTZIO,
Theologo Doctore, & Professore ante-
hac apud Rostochienses famigeratissimo, nunc Serenissi-
mæ Danorum &c. Reg. Maj. per Holsatiæ & Slesvici Ducatus
Superattendenti General. Præposito ac Pastori
Flensburgensi longè meritiissimo,

DN. JOHANNI Reinboth/
Theologo Doctore celebratissimo, Se-
renis. Duci Holsatiæ &c. à Concionibus aulicis,
Ducatum Slesvici & Holsatiæ Superintendenti Ge-
neral. & Dioces. Gottorp. ac Hufem. Præ-
posito longè dignissimo,

DNN. PATRONIS ac MOECENATIBUS
meis Maximis.

Nec non

VENERANDO MEO DN. PARENTI

DN. M. JOHANNI NIFANIO,
Cathedralis Ecclesiæ Slesvicensis Cano-
nico Spectatissimo, ac Marnensium apud Dithmar-
fos Austrinos Pastori vigilantissimo.

*Dissertationem hanc Academicam
submitte ac reverenter
offero*

M. CHRISTIANUS NIFANIUS,
DITHMARSUS, AUTOR.



Vemadmodum erroris ea est natura ubique, ut prioris lapsus sequentium quoque trahat secum ruinam: ita præprimis idem evenit in sacratissima nostra *Theologia*. Cohærent namque inter sese mutuò fidei dogmata, ut articuli in humano corpore; quo nomine *fides* dici solet *una copulativa*. Exemplo sint *Reformati*, qui postquam anxie propugnarunt, & adhuc hodiè acriter propugnant, *Deum nunquam dilexisse aut misericordie affectu complexum fuisse totum hominum genus, & omnia illius individua, ut horum è peccato liberationem, & celestem benedictionem verè & seriò voluerit, sed multò maximam hominum partem aternis cruciatibus ab aeterno destinasse, ad quos salutifera Dei gratia nunquam ullo modo pertinuerit, quippe solis Electis propria*: Exindè satis largiter inferunt; *Deum nec inde à primorum Parentum lapsu in hoc usque tempus omnes omninò homines ad suum regnum seria & efficaci vocatione vocasse, nec adhuc vocare*. Inter argumenta autem reliqua, quibus sententiam hanc exornare satagunt, non postremo loco numerandum est illud, quod ab experientia desumere solent: *Si vocatio, inquam, universalis esset, certè omnibus predicaretur verbum, quod tamen non fit, neque olim factum in V. T. veluti historiam omnium temporum testantur*. Nec est ut existimemus controversiam hanc de voluntate Dei, quod salutem hominum attinet, sine ullo Ecclesie damno, imò magno cum Ecclesie commodo præteriri & silentio sepeliri, nec à vulgo solum Christianorum, sed ab ipsis quoque Doctores sine noxa ignorari & suscipi debere posse. Longè enim aliud docent libri nostri Symbolici partim, partim etiam ipsi Patres Synod. Dordracen. doctrinam de gratia Dei & Electione verè fundamentum salutis Christianismi, salutis, & certitudinis de salute esse pronunciantes in judic. provinc. p. 20. Conf. Sohnius Tom. 2. oper. p. 994.

§. 2. Non autem hac vice integram *Vocationis* doctrinam pertractabimus, tum quoad *existentiam*, quam tota Scriptura S. ostendit, tum quoad *causam Efficientem*, quæ generis etiam rationem nobis suppeditat, & est actio gratiæ Dei indebita propter Mediatorem per Spiritum S. tum quoad *causam formalem*, quam in efficaci per verbum gratiæ facta communicatione collocamus, tum quoad *causam finalem*, quæ est fidei, & vitæ æternæ donatio, atque adhortatio ad capeffendum hoc oblatum beneficium. Sed unicè *materiam circa quam & objectum* considerabimus, quod sunt homines non cum interna & residua aliqua naturæ constitutione, per quam ad gratiam ex sese recipiendam, nedum per sese eliciendam essent idonei, sed homines peccatores sine fide, sine Deo, sine ulla idoneitate ad verum & bonum spirituale.

§. 3. *Calvinianorum* quæ de hoc objecto sit doctrina, partim jam dictum, partim quoque facile colligi potest ex istis quæ de *absoluta Electione & Reprobatione* disputant. Quos enim statuunt absolute decreto reiectos, illos vel planè non vocari, vel non efficaciter à Deo vocari dicunt. Dicunt namque vocationem divinam esse *adequatam Prædestinationis & Electionis specialis effectum*, adeò ut inde fluat dependeatq; *universa gratiæ salvificæ administratio, quæ propterea solis Electis destinata sit in salutem æternam*. Paræus Senior in literis ad *Patres Synodales Dordracenos* scriptis, & in *sess. 99. Synod. prælectis* p. 288. edit. Hanov. in 4to ann. M. DC. XX. prolixè hortatur *Scholarum & Ecclesiarum Doctores* p. 297. ut altius scrutentur & penitius agnoscant *ἡ δὴν*, fontem & causam primam Scripturis revelatam: *Unde qualitates illæ, mediæq; salutis cum gratia & salute ipsa, originaliter in nos descendant*. Hic verò fons, scribit ibid. p. 298. *hæc q; causa suprema & prima, non est nisi æterna Dei prædestinatio h. e. æternum de nobis, præ aliis in Christo servandis consilium*. Ex hoc enim fonte fluit *salvandorum omnium vocatio externa & interna ad fidem in Christum: fluit fides & respicientia: fluit justificatio, obedientia & perseverantia fidei, fluit tota salus & glorificatio nostra*. Hæc *Paræus C. I.* p. 298. Similia inculcant *Molineus* p. 410. *Britanni Theologi* p. 491. 494. *Hassiaci* p. 521. 526. *Genevenses* p. 552. *Emdani* p. 573. 590. aliiq;.

§. 4. Cæterum statuere *Reformatos* gratiam vocationis ex voluntate beneplaciti divini esse particularem, ita ut ea in absoluto quodam prædestinationis decreto solis Electis sit destinata, adeoq; eos solos propriè concernat, indeq; illi soli efficaciter vocentur ad gratiam salutarem ex multis testimoniis demonstrari posset, utpote *Calvini, Beza, Zanchii, Piscatoris, Martyris, Perkinsi* (qui à Synodo Dordrechtana inter heroas referuntur, interq; cælo terraq; dilectos Viros, & Ecclesie lumina recensentur testibus Remonstrantibus in *Actis Synodalibus* p. 144. & allegantibus *Theol. Marburg. in gründlicher Ausführung* fol. 13.) *Parai, Keckermani, Alstedij, Gomari, Polani, Revij*, aliorumq; vid. Syllab. testimon. apud *Remonstrantes* in *Act. Synod.* p. 35. seq. & *Dn. D. Himmelium* in *Collég. Iren. disp. VII. th. 2.* Sed ne habeant, quo de conqverantur, quod Reformatarum Ecclesiarum doctrinam è scriptis privatorum astimemus, quemadmodum passim protestantur *Marc. Frid. Wendelin. Christi. Theol. lib. 1. c. 9. th. 6. Massonius p. 1. anat. univers. triumph. c. 8. p. 232. Crocius, Bergius, Georgius Pauli*, quamvis id optimo jure fieri possit, sicuti ad oculum demonstrant *Adm. Rev. ac Excell. Dn. D. Calovius in exam. doct. publ. de Person. Christi Disp. V. p. 130. & Dn. D. Botsaccus in Reform. Pseudo-Aug. §. 305.* Agedum sententiàm eorum ex actis Synodi Dordrechtanae inprimis exponemus, præsertim cum eadem Synodus p. 376. obtestetur omnes per nomen Domini, ut de Ecclesiarum Reformatarum fide, non ex coarctatis hinc inde calumniis, vel etiam privatis nonnullorum, tum Veterum, tum Recentiorum dictis, sæpè etiam aut mala fide citatis aut corruptis, & in alienum sensum detortis, sed ex publicis ipsarum Ecclesiarum confessionibus, & ex HAC orthodoxa doctrina declaratione, unanimi omnium & singulorum totius Synodi membrorum consensu firmato judicent. Ita autem Synodus cap. III. & IV. art. VII. p. 360. Volantatis sue mysterium Deus in V. T. paucioribus patefecit, in N. T. pluribus. Frisii in Jud. provinc. p. 215. Non omnes invitantur & vocantur ad conversionem & fidem. Geldrici in Jud. prov. p. 263. Deus non misit verbum salutis omnî tempore ad omnes. p. 262. Ubicunq; vocatus non credit & convertitur, ibi non est vocatio efficax: Multi vocantur per ministerium hominum, quos non vocat Deus. p. 40. Non omnes qui vocantur à Deo vocantur,

sed loquutione i. e. externa hominis prædicatione vocantur omnes, quibus
verbum annunciatur: virtute autem i. e. interna & efficaci operatione
Spiritus S. soli Electi: Sed neque ad gratiam salutarem & gloriam vo-
cantur omnes, qui à Deo virtute interna Spiritus vocantur. Drentani
in Jud. prov. p. 338. Falsum est omnes aliqua vocatione vocari ad salu-
tem, omnibusq; media ad salutem dari. Britannii in Judic. Exter. p. 515.
Quod Deus nonnullos præterit gratia prædicationis Evangelij, ejus causa
est idem beneplacitum se eadem liberrima ac justissima ejus voluntas. Gene-
venses in Jud. Exter. p. 561. Deus liberrimo voluntatis placito aliquas cer-
tas personas vel non vocat, vel vocatos non renovat. Embdani p. 596. Deus
non vocat omnes externè, neque verbum suum & Sacramenta dat omni-
bus. Et p. 600. Causa quare Deus hos Evangelio dignetur, illos minimè,
non est quippiam in homine latens, sed merum Dei beneplacitum. Plura
Dordracensium effata vid. ap. B. D. Nicol. Hunn. in *Agg.* de fund.
diss. Luth. & Calv. p. 556. 560. 593. 594. 609. Si excipient Calviniani
non esse æstimandam suam doctrinam ex judiciis variantibus, sed
Canonibus, meminerint sess. CXXV. p. 336. absoluta judiciorum
omnium de quinque Remonstrantium articulis prælectione Præsidentem
Deo gratias agere pro summo omnium Collegiorum in dogmatibus consen-
su, monereq; ut ex illis judiciis formaretur sententia Synodica &c. Fa-
temur quidem inter ipsos Dordrechtanos non deesse, qui videntur
concedere, Deum seriò velle, ut omnes homines etiam reprobi ad
salutem vocentur. Nam ita censent Genevenses p. 639. esse com-
munem quandam Dei *Φιλανθρωπίαν*, qua dilexit totum genus huma-
num lapsum, & seriò omnium salutem voluit: Et Wetterav. p. 708. De-
um vocando reprobos velle eorum conversionem & salutem seriò. Verun-
tamen hi, iudice Pl. Rev. ac Excell. Dn. D. Præside in exercit. Theol.
de fato Calvin. §. 32. in ipsa fundamenta doctrinæ Calvinianæ, quæ
passim in judiciis Dordrechtanorum deprehenduntur, impin-
gunt. Quod enim Deus vult fieri, hoc etiam vult facere. Embd. p. 585.
Quibus intendit finem, his etiam intendit media. Groning. p. 231. Quos-
cunque vocat ad salutem, his vult communicare salutem. Geldr. p. 262.
Subsumimus cum Excell. Dn. D. Præside C. L. ex cap. I. art. XV. Sy-
nodi Dordrecht. p. 343. Atqui Deus ex immutabili proposito decrevit,
quosdam homines in communi miseria relinquare, nec salvificâ fide &
conversionis

conversionis gratia dare. Quare hos non vult fieri salvos. Neque obstat artic. VIII. quem producit Ludov. Crocius *Disf. XII. th. 5.* ubi dicitur *cap. III. & IV. p. 360. quotquot per Evangelium vocantur, serio vocantur.* Nam seriam hanc vocationem Synodus restringit verbis immediatè sequentibus, *partim ad Dei approbationem, quod hominum obedientia & salus res per se bona sit & Deo grata (esse quoddam mandatum obedientia, quoddam probationis ajunt Emdenses p. 664.) partim ad promissiones conditionales, quod animarum requiem solis ad se venientibus & credentibus promittat, etsi per eum stet, quo minus illi venire & credere possint.*

S. 5. Verum ne quis obvertat, quod *κρησφύρετον* apud hodiernos Irenopoetas, qui per Syncretismum Irenen spiritualem reducere desiderant, per quam solenne est, *hypotheticos* (ita Rivetus in *epist. apol. ad Guilhelm Fratrem p. 14. 33.* eos appellat) *Bremenses* aut *Gallos Salmurienses*, Crocios, Bergios, Hildebrandum, Cameroneum, Amyraldum fortè eandem nobiscum fovere mentem de universali Dei vocatione, eo quod non tantum gratiam Dei universalem nobiscum asserere, sed & pro eadem speciosè disputare, eamq; etiam adversus alios Calvinisqvas integris voluminibus propugnare videantur. At re penitus inspecta, antiquum obtinent, etsi quandoque videantur *ὁμοια μὴ λαλεῖν*, revera tamen *ὁμοια Θεοῦ* manifestum est; nisi quod in explicatione quidam magis injurii sint in Deum, quam alii: hinc inter se pugnant & se invicem destruunt, imò coguntur multa male interpretari, quia non sunt unum rectè intelligere, uti loquitur B. Irenæus. Nam gratia universalis, quam Ecclesia nostræ tuentur, *efficax est, & ad individua descendit, v. cando, docendo, illuminando, convertendo, aliq; alia dispensare satagit, quæ ad salutem necessaria sunt.* Illa verò Bremensium & Gallorum gratia communis est, fidem requirens, sed non collationem fidei intendens, externa & communia quædam solum beneficia dispensans in vocatione & prædicatione verbi, non autem vocationem efficacem, illuminationem ac regenerationem. Deinde gratia nostræ universalis non est hypothetica, licet ordinata sit, quæ velit Deus omnes & salvari & credere ac fidem, quantum in ipso est, in omnibus operari, ut salventur: At Bremensium & Gallorū gratia merè hypothetica est, quod Deus velit omnes
h omnes

homines salvare, si scilicet omnes possent, & vellent credere, quod omnium velit misereri, si omnes credant, nec tamen serio velit omnibus dare fidem salvificam. Hac enim conditione supposita tollunt; & destruunt penitus quod posuerant. Hinc non immeritò castigantur ab aliis Sociennis. præcipuè à Spanhemio, qui conditionalem illam propositionem de voluntate Dei salvifica universali, si omnes credant, atrociter perstringit, eamq; quam sapissimè proclamat in exercit. aduersus Amyraldum earumq; Vindiciis posthumis illusoriam, dexisoriam, histrionicam, stultam, temerariam. Scilicet id statuunt Deum velle omnibus dare visum, si viderint prius Deum velle omnes lapsos erigere, si surrexerint prius, vel ex se possint videre aut resurgere. At hoc impossibile ipsis est, & Deus non velit omnibus dare, ut possint. Inspiciamus nonnulla loca.

§. 6. Matthæus Martinus Reip. Bremens. nomine ad Synod. Nation. deputatus in Act. Synod. Dordr. jud. ad art. 2. th. 1. 2. & part. 2. th. 4. Universalem gratiam vocat communem quandam Philanthropiam Dei, quæ se exerit in promiscua externa vocatione, prædicatione verbi & Sacramentorum, habet communia tantum beneficia, non singularia. Johannes Crocius in defens. secunda part. Pruten. adv. Menz. cap. VIII. p. 269. ita scribit; quod Deus aliquos & non omnes, deinde quod hos potius, quam illos reprobare decreverit præter Dei voluntatem, causam non invenio. In Scripturis enim non est exposita. Cap. IX. C. L p. 284. Qvæ. Cur hunc potius, quam illum præterierit? Resp. Quia sic voluit. Qvæ. Cum omnes essent damnatione digni, cur hunc potius quam illum decreverit propter peccatum damnare? Resp. Quis cognovit sensum Domini? Quis Consiliarius ejus fuit? præter liberrimum placitum nullam causam assequor. Conf. p. 319. Moses Amyraldus Prof. Theol. Salmur. etsi videatur docere, Deum omnes velle salvos, & omnes esse vocatos, revera tamen doctrinæ de absoluto Dei decreto de paucis salvandis & efficaciter vocandis juxta Synodum Dordraccenam adstipulatur. Id quod elucet partim ex defensione Calvinii & Beze errorum de absoluto Reprobationis decreto in peculiari libro; partim quoque ex ipsius hypothæsis, quas in declaratione circa err. Arminij, impressa Salmurij Ann. c 10 c XLVI. assumpsit. Ita autem ibidem: Caritas Patris propendet in omnes puti, non qua-

senus

tenus vult in omnibus fidem generare (hanc enim paucis ait esse pro liberrimo beneplacito decretam) sed quatenus respicit omnes, ut homines; & ita in eos amicè propendet, MODO CREDANT. Deinde subjungit *Objectum fidei* (h. e. gratiam objectivam, externam & inefficacem) offerri quidem illis, qui non salvantur, partim per verbum, partim per opera providentiæ: sed non ita illis offerri, ut Electis: *Vim enim internam s. gratiam internam & subjectivam, quæ mentem afficit, ut objectum admittat, nullam illis, qui non salvantur, offerri.* Nec alia ipsius mens est in lib. de secess. ab Eccl. Rom. deq; ratione pacis inter Evang. constituendæ, ut & in *Specim. Animadv.* Et quamvis videri velit se cum Synodo Dordrechtana (de qua tamen, quid concluderit illa, ipsos Calvinianos inter discrepant sententiæ, nec patitur Gomarus definiisse Synodum objectum prædestinationis, sed tantum pro captu rudiorum ab executione prædestinationis declarasse, quinam sint Electi) deserere istam sententiam, quæ introducit Deus hominem ad lapsum creans; ita tamen ambigua loquitur, ut ab ea intelligi possit non esse profusus alieno animo. Si enim conferamus insignem misericordiam, quam Deo tribuit *Amyraldus* erga præteritos cum statu incredulitatis, in quo eos voluit relinqui, & quæramus, unde prævisio istius incredulitatis resultet? *Ex corruptione, dicit, naturali omnium in Adamo* Si instemus, quum infidelitas ista prævideatur ex æquo in omnibus, qui detur constitutio ad iram ob prævisam incredulitatem in hoc potius, quam in alio? Expedita erit *Amyraldi* responsio in *disp. de prædest. Gwilbelmo Hassia Landgravio* inscripta: *Qui prætermittuntur in distributione gratiæ duobus modis considerari posse: absolute sc. in se & comparate cum Electis.* *Absolute si spectantur, corruptissimos esse à naturæ, adeoq; inquinatissimos, dignos omnino non modo ea præteritione, sed etiam omni alio malo.* Si autem comparentur cum Electis, quandoquidem omnes æquè corrupti sint atq; inquinati, adeoq; dignissimi, qui prætermittantur omnes, nihil causæ esse potuisse, cur in illius gratiæ dispositione alij præponerentur, alij verò postponerentur, nisi quod sic Deo libuit. *Absolute igitur decretum esse eatenus, non quod digni non fuissent ea præteritione, sed quod, quum non magis eâ digni essent, quam ceteri, præteriti tamen fuerint, ceteri autem Electi.*

§. 7. Succinit D. Joh. Bergius, qui itidem universam Dei gratiam suspendit atque limitat à prædestinatione absoluta ex absoluto Dei beneplacito, eoq; arcano, quo absolutè noluerit eligere omnes ad talem gratiam, quo actu reddantur credentes & salventur. Sic enim expressè scribit in tract. *Das die Worte noch fâste stehen.* Cap. XIX. p. 213. *Quod spectat actum reprobationis comparativum, cur nempe ex duobus peccatoribus & in massa corrupta consideratis hunc potius eligat, quam alterum, unum potius reprobet quam alium, quamvis æqualiter sint peccatores, nulla causa dari potest, quam absolutum Dei beneplacitum, Das freywillige bloÛe Wolgefallen und Willen Gottes.* Tract. *Vom Unterscheid und Vergleichung* q. 82. p. 187. *Da antworten wir mit Augustino: Quare hunc trahat, illum non trahat, noli judicare, si non vis errare. Causa occulta esse potest, injusta esse non potest.* q. 64. p. 115. docet Deum ex liberrimo beneplacito gratiam Reprobis denegasse: *Wann ich frage warumb sie Gott nicht zu solcher Gnaden erwehlet/ oder verordnet habe / dadurch sie in der That gewiß unfehlbarlich gläubert würden? auff diese Frage wird recht geantwortet / daß solches auß dem pure lautern freyen Willen/ und Wolgefallen Gottes geschehen / dessen gerechte Ursachen ihm allein am besten bekant seyn / der auch solche Gnade niemand schuldig ist.* Conf. C. L. p. 119. 99. 100. 167. 173. 174. & ejusdem disp. *de Provid. & Prædest. th. 25.* Similia repetit in nupero scripto germanico, *Gottes Wille von aller Menschen Seeligkeit / quamvis contra conscientiam scribat C. L. Cap. VII. §. 9. p. 40.* Es hätten solches (de interna universali Dei gratia & voluntate loquitur) die Reformirte Kirchen oder ihre Theologen in Zweifel zu stehen nicht begehret. Nam vanum id esse glaucoma *partim* ex dictis, *partim* quoq; ex propriis ipsius verbis in cit. tract. constare potest. Attendat modo quæ p. 260. de suis sociis habet: *Ja ich wil nicht verneinen / daß manche darin zu weit gangen / wann sie alle nicht erwehlet von der heilsahmen Gnaden Gottes gar außgeschlossen/ und demnach diesen (I. Tim. II, 4.) und andere dergleichen Sprüchen bloß allein auff die Außerwehleten gezogen.* Conf. p. 55. Hinc non tantum *Supralapsarianorum* dogma de absoluto Electionis & Reprobationis decreto excusat Cap. XV. §. 10. p. 135. sed quoque illud ipsum (quippè cui *Supralapsarianismus* innititur, & ex eo necessariò resultat, ut patet è *Synodo Dordrecht.* Cap. I. art. XV.

f. 343. §. *Deus ex liberrimo*. Britannis Theologis in *jud. Exter. f. 305.*
§. *Si ponamus*) defendit conatur. Wann man fraget de mensura
gratiæ, warum ihnen (qui non salvantur) & Du nicht noch grössere und
träffigere Gnade erzeiget habe / da betenne ich gerne / es wird auch niemand
leugnen können (Scriptura omnino negat) daß die Ursache allein in den
absoluten / freyen / doch gerechten heiligen Willen Gottes bestehe. Conf.
C. L. Cap. XI. §. 20. p. 78. 158. 171. 183. D. Bergio subjungimus Ludow.
Crocium, & num elogium illud quod ipsi D. Latermannus in *exercit.*
de præd. th. 46. tribuit (ac si nostram de universali & ad omnes per-
tinente gratia & benevolentia Dei, sententiam tum dictis Scripturæ, tum
argumentis Theologicis ita firmaverit, ut dubitet, an quisquam ex no-
stris felicius illud præstare possit) verè competat, paucis dispiciemus.
Quamquam verò amplitudinem gratiæ magis magisq; videatur
extendere, & omnino aliquam communem gratiam asserat pro
omnibus hominibus; ita tamen eam proponit, ut ejus determi-
nationem, efficaciam, fructumq; suspendat ab absoluto Dei bene-
placito ab absoluta prædestinatione, secundum quam Deus eam
emetiatur, ordinet, dispenset, administretq;. Conf. modo ejus *Dy-
odec. dissert. exeger. & apolog.* (ad quam provocat D. Laterm.) *disl.*
IX. th. 47. ubi post alia ex literis *Josephi Halli* ad ipsum datis hæc
adducit: *Nihil ergò certius est, quam quod mox subjicis, Christum omni-
um hominum salutem aliquo modo quæsvisse, omnibusq; ad eam aliquo
modo profuisse.* Et *dissert. XII. th. 82. p. 756.* pro modo loqvendi ac
docendi periculoso & noxio habet, quando dicitur: *Christum omnibus
& singulis hominibus hujus mundi universalem illuminationem gratiæ, &
donationem fidei salvificæ acquisivisse.* Postmodum improbat eos, qui
*indistinctè docent, Deum omnes ac singulos homines totius mundi verbo
suo ad æternam salutem vocare omnibus singulisq; hominibus fidem dare
velle, & quod eam equali salutis intentione & pari efficaciæ affectu.* Nec
differre videntur verba Crocii in *Synt. Theol. lib. IV. c. 1. p. 977.* (ut &
D. Reichelij in *disp. Francofurt. de lib. arbit. & grat. th. XXIV.*) in
hac dispositione Dei, quando, ubi & quomodo lucem & efficaciam verbi
& Spiritus sui in mundo lucere & operari sinit, consistit propriè summum
mysterium Electionis filiorum Dei; ab illis quæ in Synodo Dordrac.
sess. 136. p. 341. §. Quod aliqui traduntur. Fatetur hoc Andreas Ri-
vetus

vetus in epist. ad Spanhem. præfixa Spanhemii exercit. de grat. univers. ubi partem Epistolæ ad Ludow. Crocium datæ citat: *Semper iudicavi, scribit, vos fundamentum efficacitatis gratiæ in singulari electione retinere, quo salvo, non est, quod invicem damnemus.* Similia refert ex Epist. ad Conrad. Bergium: *Video quidem, scribit, te subinde hypothesis vestras aut inculcare, aut quantum potes stabilire. Sed quia id modestè facis, & sedulo caves, ne cuiquam orthodoxo injuriam inferas, non debeo etiam, nec alius quispiam, durius de vobis pronunciare, maxime, cum in uno eodemq; principio inter nos conveniamus, ad quod si non omnes eandem infissimus viam, multum est tamen, si rectè & plenis velis ad portum tendentes, alij sinum obliquantes, omnes tandem ad portum nnum vel eundem appellamus.*

§. 8. Sed ut à diverticulo ad rem redeamus, diximus Synodi Dordrechtanæ (quam D. Willius p. 99. in cap. 1. *Malach. orthodoxam & venerandam* appellat) Patres aut simpliciter negare omnium vocationem, aut si qui vocantur ex illis, qui pereunt, eos dicere vocari tantum vocatione externa, internam illis, & sufficientem Deum voluntate decernente & efficiente negasse. Nam ita discretè P. Molinaus in sua ad Synodum Epistola, eujus accuratissimum iudicium p. 411. commendat Synodus, loquitur p. 410. *Non omnium hominum salutem Deus equaliter cupit, sed vocatio tum externa, tum interna secundum arcana divine prædestinationis dispensatur, ut non sit volentis, sed miserentis Dei.* Et paulo post: *gratiam universalem datam omnibus hominibus quæ vel mediatè vel immediatè sufficiat ad perveniendum ad salutem nullam agnosco.* Iterum; *Affero, inquit, p. 411. vocationem externam posse esse sine interna Spiritus efficacia.* Eadem tradunt Polyand. in *Syn. Theol. pur. Leid. disp. 30. th. 6. 7. 16.* Anton. Walaus *L. C. disp. 24. th. 14. 54. 55.* Maccovius *Disp. 2. de præd. Chamier cont. t. 3. lib. 7. c. 8. n. 26. p. 826.* Bucan. *loc. 36. q. 24. p. 396.* Jac. Triguand. in *declar. p. 202. & in Syst. disp. Theol. in Conf. & Apol. Remonstr. disp. XX. cor. 1. disp. XXIII. & XXIV.* Pet. Ravanelus in *Biblioth. Sac. voce vocare pag. 876. b.* Rivetus in *Epist. ad Spanhem. præfix. Spanhem. exercit. de grat. univers.* Maresius *Syst. Theol. loc. XI. th. 8. p. 258.* Cloppenburg. in *Schola sacrif. p. 99. 116. 117.* Spanhemius in *exercit. de grat. univ. passim. Conf. post alia præfat. ad Lect. p. 8. 9.* Sed num D. Job. Bergius

Bergius in nupero tract. **GD** Des Wille von aller Menschen Seeligkeit
 de interna & universali vocationis gratia, pro qua speciosè satis
 ibidem disputare conatur, orthodoxè sentiat, dubium quis move-
 re possit. Sed meræ præstigiæ sunt & imposturæ Calvinisticæ, qui-
 bus fascinare vult simplicium oculos, ut vel aliquid etiam conce-
 dere velle videatur. Etenim si ex *Bergio* quæras ad quos illa uni-
 versalis, & interna vocationis gratia pertineat: Respondet ille:
Deus per specialem quandam voluntatis gratiam (quæ in renatis irresistibilis est p. 79. 81. 163.) *decrevit, in illis, qui salvantur, agnitionem & penitentiam peccatorum, ut & fidem & spem operari, atque ita illos ad salutem eligere; qualem specialem gratiam in illis, qui non salvantur, non velit operari.* Dann es ist gewiß/ ait C. L. cap. 9. p. 54. daß **GD** solches (die Gnade zu glauben) nicht in allen innerlich wircke / die eusserlich durchs Wort beruffen werden. p. 55. Warum **GD** den seligmachenden Glauben in manchem Beruffenen wircket / ist nicht in ihnen selbst / in einigen ihren Verdienst / und Würdigkeit / sondern einzig und allein in der sonderbahren Gnaden **GD**ues gegen seine Auserwehleten. Discrimen verò non consistit p. 75. *in non-resistentia*, daß sie von ihnen selbst weniger dann andere der Gnaden **GD**ies widerstebet / sondern darinnen / daß sie der Gnaden **GD**ues vielmehr zu dancken Ursach haben / dann die andere: Weil Er jenen zwar grosse Gnade in der Beruffung / ihnen aber noch viel grössere Gnade erzeiget habe / so wol in ihrer Beruffung / vor ihrer Wiedergeburt / als auch in und nach der Wiedergeburt. Et Cap. XIII. p. 97. 98. *Deus omnium vult salutem* (sed sub conditione impossibili & impræstabili, si non resistant p. 99.) so weit es nur nicht der Ehren seiner Gerechtigkeit zu widern ist. Et quamvis pomposè admodum nonnunquam declamiter vocationis gratiam omnibus oblatam esse: id tamen merè deceptorium tantum est. Nam talem semper intelligit oblationem gratiæ, quæ *vel minimè est efficax ad conversionem, non tantum ratione eventus, sed etiam in se & ratione intentionis Dei: vel quæ externa & communis* saltem est, sine interno conferendi affectu, quo nomine alii distingvunt inter *vocationem significationis & efficacis, inter vocationem oblatam & indutam gratiæ.* Similiter *Arminius* intentionem Dei ad vocandum distingvit, ita ut vocatio sufficiens s. inefficax promiscuè omnibus intendatur, efficax autem limitetur à prædesti-

prædestinatione. Eamq; consistere, ait, in *attemperatione suasionis* divine ad ingenium & naturale temperamentum hominis *Electi*: Verba ejus sunt p. 57. contra Perkins. operum v. p. 665. Similia habent *Ponrificij*, quando itidem gratiam dividunt in *sufficientem* & *efficacem*. Illam omnium esse, hanc verò paucorum asseverantes. Vid. Belstarmin. lib. 2. de grat. & L. A. c. 5. Greg. de Valent. Tom. 2. q. 3. p. 4. § 8. Tanner. Tom. 2. disp. 6. de grat. q. 2.

§. 9. Verum nostram, ut de *vocatione universali* exponamus sententiam, operæ precium erit, ne in posterum multis in locis sit hærendum, nonnulla præmittere, quæ faciunt, partim ad *modum vocationis varium*, partim ad *legitimum quæstionis statum*. Ac in initio quidem *modorum vocationis confidentio* est varia. Siquidem *vocationis* vox ἐγγελα is est, ac in sacris passim obvia. Hinc vocare *aliquando* ponitur pro appellare, vel nominare Gen XXI, 31. Ruth. IV, 17. Psalm. XLIX, 12. Matth. XXIII, 9. *aliquando* pro nomine alicui rei vel personæ imponere, Gen. I, 8 Cap. XIX, 37. 38. Exod. XVI, 32. Luc. I, 59. *aliquando* pro accersere, Gen. XXIV, 57. Zach. III, 10. Matth. II, 7. Cap. XX, 8. *aliquando* pro invitare ad cibum capiendum Luc. XIV, 7. 12. 13. 17. 24. I. Cor. X, 27. & ad nuptias Matth. XXII, 3. Luc. XIV, 8. 9. *aliquando* dicuntur peculiariter vocari, quibus manifestatur voluntas Dei de hominibus in gratiam recipiendis, cum exhortatione ad credendum huic nuncio & percipiendum fructus hujus gratiæ. Conf. Matth IX, 13. Rom. IX, 24. C. VIII, 30. Ideo quoniam *vocare* tam variè sumitur; etiam *vocatio* varia existit. Non enim existimandum quod omnes homines uno eodemq; modo vocentur. Sed quemadmodum inter homines *vocatio* fit, *vel* per vocem immediatam, *vel* per inter-nuncios, *vel* per literas scriptas, *vel* per sibilum, nutum &c. Sic etiam Deus vocat variè & variis modis, satis tamen in sese efficacibus. Ubi tamen *modus vocationis à vocatione ipsa* semper est distingvendus; ut hinc ipsa *vocatio ex se & sua natura* respectu divinæ gratiæ sit universalis, sed *modus atque ordo vocationis* ac mensura gratiæ plurimum varietur. Nam *immediatè* Abrahamum vocat Gen. XII, 1. *Alios* per Prophetas & Apostolos Matth. XXII, 3. vocat per *litteras*, scriptum nempe verbum, quod est epistola Dei ad homines.

nes.

nes. Vocat per *filium* Regem Assyriorum Esa. VII, 18. per *signa* ut Pharaonem & Achabum, per *nutum* & *ostensionem objecti amabilis*. Conf. Ezech. XXXIX. 13. vocat *omnes generationes* ab exordio Esa. XLI. 4. vocat *calamitates, famem* II. Reg. VII. 1. *Aquas maris* Amos V. 8. *Siccitatem* Hag. I. II. *omne malum* Jer. XXXII. 23. *Bellatores* Esa. XIII. 3. C. XLIV. 15. *ad certum aliquod munus* sive in genere ad quemvis statum in Hierarchia aliqua I. Cor. VII. 20 sive in specie ad ministerium Ecclesiasticum Ebr. V. 4. sive *specialissimè* ad ministerium Apostolicum Rom. I. 1. &c. Denique vocat Deus per *verbum gratie ad gratiam salutarem* in communionem Ecclesiæ in participationem bonorum spiritualium & cœlestium in finem fidei, & salutem animarum.

§. 10. *Statum controversiæ* quod attinet, removemus τὸ μὴ ἐπιείκεια partim, partim etiam ponimus τὴ ἐπιείκεια. Itaque non disquirimus h. l. 1. de *vocatione hominum nonnullorum*, utrum Deus vel unquam aliquos vocarit; Id n. non faciliè in dubium revocari potest. Neque 2. de *Israelitarum in V. T. vocatione*, utrum illi aliquam prærogativam & ἐξουσίαν, nullo tamen ipsorum merito II. Tim. I. 9. præ aliis populis habuerint. Neque 3. de *solemni illa & universali omnium gentium vocatione*, quæ in N. T. subsequi debebat, utrum illa jam olim in V. T. sit prædicta vaticiniis, præfigurata typis & prænunciata exemplis, & num illa subsecuta fuerit. 4. *Removemus* jam dudum protritas Calvinianorum distinctiones, distinctionum inter *voluntatem signi & beneplaciti, dispensationis & adonias, præcepti & consilii, arcanam & revelatam, approbationis & effectiōnis, præcipientem & decernentem, exigentem & operantem, inefficacem & efficacem*, ac si Deus voluntate signi & præcepti conversionem multorum velit, quam non velit voluntate beneplaciti & consilii, ac si *arcana voluntate* alia exercent iudicia, quam in lege aut Evangelio manifestavit; ac si voluntate *dispensationis approbationis, præcipientem, exigentem & inefficacem* multorum fidem velit, quam non velit voluntate *adonias effectiōnis, decernente, operante & efficace*. 5. *Removemus* etiam *fabulosas* (sensu Calviniano ex parte Dei nempe) distinctiones vocationis *seriæ & simulatæ, externæ & internæ, efficaciæ & inefficaciæ, communis & specialis*, ac si Deus Electos solum vocatione *seriæ,*

feria, interna, efficaci & speciali vocare velit, iis gratiam dare, reli-
ctis iis, qui simulata, externa, inefficaci & communi vocatione vocan-
tur, nempe reprobatis ab æterno. 6. Per vocationem intelligimus
non solum publicum Ecclesie ministerium ac solennem predicationem
aut missionem alicujus Prophetæ, sed in genere omne monitum, quo
homo ad Deum perducitur potest, sive fiat verbo eoque; lecto aut præ-
dicato, s. nutu per famam, aliaq; media s. in statu Ecclesie ordina-
rio, vel extraordinario. 7. Neque cardo controversie in eo confi-
stit: An Electi ideò salventur, quia gratia illa vocationis, quæ tam re-
probis, quam ipsi exhibita fuit, melius per liberum arbitrium usi fuere,
quemadmodum in hunc modum D. Bergius in cit. tract. statum
qvæstionis figit præfat.) (4. Wann man die mißhellige opinionen zu al-
len Theilen durchsuchet/so ist der Sirete eigentlich nicht von Gottes / son-
dern vielmehr von des Menschen Willen/ob oder wie ferne der selbe zu seiner
Seeligkeit mitwircke: oder ja nicht von dem offenbahren Willen Gottes
in Christo/auff welchem allein unsere Seeligkeit gegründet ist / sondern von
einigen Wercken seines Willens/die uns verborgen seyn / sonderlich gegen die
Ungläubigen/ob oder wie ferne Er denselben noch Gnade in diesem Leben er-
zeigen wolle. Et rurlus p. 166. Ich meines Theils halte es dafür / wann
man nur dar in recht einig seyn möchte / daß der seligmachende Glaube nicht
auff etgenen Kräfften des freyen Willens / sondern allein auff der träftigen
Gnaden-Wirkung des Wortes und Geistes Gottes / dadurch Er unsern bö-
sen und von Natur widerspenstigen Willen in gutem gehorsamen Willen
verwandle / herrühre / daß in den übrigen nur ein unnötiger Wort-Sirete
verbleibe. pag. seq. Das ist allein die Frage / darumb es eigentlich und vor-
nehmlich zu thun: Ob Gott solchen ihren Glauben auff ihrem eigenen freyen
Willen an ihnen zuvor ersehen. Addit p. 169. Die in diesem Punct von
der Bekehrung des Menschen so weit mit uns einig sind / daß dieselbe nicht
dem freyen Willen des Menschen / weder zu halben noch ganken Theil / son-
dern lauter allein der sonderbahren Gnaden-Wirkung Gottes zuschrei-
ben sey/da bleibets freylich von der ewigen Erwehlung nur ein Wort-Sirete.
Subsumit p. 168. At hanc doctrinam propugnarunt Augustinus &
Lutherus contra Pelagianos & Semi-Pelagianos, Synodus Dordracena
contra Arminium ejusq; asseclas, quamvis moderni nonnulli Luthera-
norum hac in qvæstione à Præceptore Luthero discedant.

§. II. Verum quis inter orthodoxos Lutheranos hoc asserit? Nemo sanè Pelagianismo acrius, quam nos, contradicit. Evolvat modo, si lubet, D. Joh. Bergius libros nostros Symbolicos, utpote XVIII. & XX. articul. August. Confess. ejusdemq; Apologiam, ut & art. I. & II. Smalcald. part. 3. nec non III. artic. Christ. fid. in minori & majori Catechismo Lutheri alibiq; ubi docemus & profitemur hominem totum, quantum quantum est, mortuum esse in peccatis: & nec ad desiderandam, nec ad amplectendam gratiam vires ulla in rebus spiritualibus illi superesse: adeoq; non contingere illi gratiam, quia libero suo arbitrio rectius usus fuit, sed quia gratia præventus per illam solam est a morte in vitam spiritualem reducitur. Similiter adhuc hodiè docent & profitentur omnes γυνώσκω Lutherani contra Socinianos, Arminianos, Pontificios, Synergistas aliosq; humanæ voluntatis arbitrium nihil omninò ex se sine Spiritus S. viribus posse in spiritualibus actionibus vel inchoandis, vel efficiendis, vel perficiendis & consummandis, quicquid sit de primario Lutheranorum Theologo D. G. C. quem allegat D. Bergius p. 168. Taceo quod inter nos & Calvinianos non tantum propter liberum hominis arbitrium, sed & propter providentiam divinam, & porro propter æternam prædestinationem & reprobationem hominum, ut & universalem Dei gratiam gravissima excitata sit controversia. Neque 8. hoc in controversiam venit an omnia & singula individua hominum singulis seculis, singulisq; singulorum annorum momentis, singulis locis, ministerio verbi per publicum præconium vocentur & vocanda sint ad gratiam, quod nobis affingit Wendelinus lib. 1. Christ. Theol. cap. XIX. ch. 8. Sed 9. de hoc disceptatur: Utrum Deus Opt. Max. secundum voluntatem suam antecedentem & misericordem etiam Gentiles V. T. ad regnum suum vōcarit, ratione 1. divine intentionis, qua vult ut omnes omninò nullo excepto, veniant. 2. Præceptionis, qua mandavit Evangelii annunciationem. 3. Promissionis, qua gratiam suam omnibus pollicitus est. 4. Executionis, qua reapse, quo sit animo, contestatus est: ita quidem ut omnes, nisi sibi homines deesse voluissent, ex cœlestis doctrinæ prædicatione, salutarem Dei, divinarumq; rerum cognitionem haurire potuerint. Calviniani hoc assertum ἀποτόμως negant: Nos verò id

C

affirma-

affirmamus. Et quidem *Fridericus Spanhemius*, qui *disp. de grat. univers.* operosus valdè est in adstruenda vocationis particularitate, inter rationes primam hanc facit *th. XVIII. p. 16. Vocatio nec in V. T. fuit universalis, ut patet ex œconomia vel dispensatione notitia & fœderis divini: Nec in Novo, quia multa myriades sunt, quibus ne verbum quidem de Redemptore s. in thesi s. in hypotbesi innotuit. Quomodo verò credent ei, de quo non audierunt. Et pag. 1415. Salutem sub œconomia N. T. communem fuisse & Judæis & Gentilibus, notum; sub veteri non item, quippè quibus media necessaria ad eam perveniendi negata, tum externum, revelatio per verbum, tum internum, ministerium Spiritus, adeoq; & respicientia & fides. Conf. Epist. ejus ad Cottierium p. 52. Et p. 1393. Deus in V. T. Judæos duntaxat vocavit. p. 1740. In V. T. soli Judæi participes erant vocationis. p. 1895. Soli Judæi in fœdere V. T. fuerunt, utpotè penes quos solos residebat Dei adoptio, ut bene à Calvino notatum. Jacob. ad Portum in *defens. orthod. fid. c. 29. p. 363. Deus in Judæa angustiis inclusam tenuit vita lucem. Joh. Cloppenburg. in Schola sacrifici. p. 116. Afferimus cum Scripturis post quatuor circiter secula ab instituta circumcisione, multiplicato in linea Isaaci semine Abrahami & constituta Republica duce Josua & deinceps, stante & vigente Sacerdotio Aaronico in terra sancta, ita consummatam Dei consilio, captam in Ægyptiis reliquarum Gentium rejectionem à Fœdere gratia, ut qui alieni essent à Republica Israelis, neque in illam cooptarentur per Circumcisionem titulo Profelytorum extranei essent à pactis promissionis, speræ non habentes & Dei expertes in mundo. Conf. C. L. p. 108. 109. 117. D. Joh. Bergius in *sepius cit. tractat. p. 35. Deus gentilibus in V. T. hat noch nichtis bezeuget von der ewigen Seeligkeit / quod probat ex Act. XVII. 30. Eph. IV. 18. & pag. 50. discrimen maximum est in vocatione hominum in V. & in N. T. auch in der Krafft der Berufung. Similia docent Polanus lib. 6. *Synagm. cap. 35. Wendelin. lib. 1. Christ. Theol. c. XIX. th. VIII. Cunæus de Rep. Hebr. lib. 3. c. 2. p. 368. aliiq; Ex Photiniani vocationem gentium in V. T. & ipsis promissum Messiam, negat Smalcius cont. Franz. fol. 28. 29. Poterant, inquit, interdum quidam extraneorum ad verum Deum converti, etiamsi Deus id non procuraret. Quæso, procuravitne hoc unquam Deus, vel fuitne unquam hoc inclusum fœderibus quæ Deus olim cum Abrahamo & posteris ejus pepigit,****

pigit, omnes gentes extraneas admissum iri, vel aditum habituras ad divina beneficia? certe nihil minus. Quicquid enim ante Christum quibusdam ex gentibus evenit interdum, id præter revelatam Dei voluntatem, singulari ejus beneficentia factum fuisse, statui debet &c. Conf. lib. 3. de divinit. Jes. Chr. c. 7. p. 27.

§. 12. Verum enim verò quod non tantum benevolus Dei affectus erga singulos homines, & sic quoque erga gentiles Vet. T. quantum ad intentionem finis beati attinet, se extendat: sed etiam ipsa collatio aliquæ mensuræ gratiæ spiritalis, ex parte Dei: antequam oblatam gratiam ipsi per voluntariam contumaciam repudiarunt, demonstramus I. ex universali Prot-Evangeliū paradisiaci de semine mulieris contrituro caput serpentis PROPOSITIONE Gen. III. 15. ubi notanda tum causa efficiens hujus vocationis, quæ est Jehovah Elohim vocans hominem, cum nec ulla creatura gratiam divinam quæ per vocationem offertur, dispensare queat. Per appropriationem verò Filio Dei actionem hanc primam vindicamus, partim ex appellatione: Ille enim loquitur, cujus vocem audiverunt in horto; at is est Dominus Deus, qui in Chald. Paraphrasi Onkelos vocatur אלהים v. 8. cura quo etiam Targum Jonathanis Ben-Uzielis convenit, nec non Targum Hierosolym. Conf. Joh. I. 1. partim ex officio Christi, quod est, ut voluntatem & mentem Dei nobis revelet Matth. XI. 27. Joh. I. 18. Tum Objectum, quod Adamus lapsus est v. 9. quem hic non in individuo, sed quod ipsum nomen Hebræum sæpius etiam indicat pro specie generis accipimus. Omnes enim actiones & passionem inde à prima creatione usque ad promulgationem promissionis individualiter applicandæ toti speciei humanæ conveniunt, non Logicè & in abstracto consideratæ, sed quatenus omnes homines in hoc individuo creati, omnes naturæ humanæ in ipso participes facti, omnes ex ejus sanguine oriundi. Et quamvis v. 15. solius mulieris mentio fiat, non tamen consideratur ibi mulier solum *ἡ ἄνθρωπος*, & solitariè, ratione suæ personæ, sed & *ἡ ἄνθρωπος* in quantum respectum subinvolvit, partim ad Adamum cujus conjux erat, quia pro una persona in lapsu steterit Rom. V. 12. partim ad totum genus humanum,

num, omnesq; viventes, quorum mater erat Gen. III. 20. Conf. Act. XVII. 26. 27. 29. 30. vid. *Perquam Rev. ac Ampliff. Dn. D. Waltherus in offic. Bibl. §. 683. p. 591.* Sic ergo vocatio illa prima, Adamo quæ hic contigit, planè universalis fuit ad omnia individua se extendens, licet nondum existentia, sed hic in tota sua specie comprehensa. Itaque absit ut foedus hoc gratiæ salutaris in Prot-Evangelio cum hominibus initum statuamus particulare, ita ut ab hujus solatio quidam mortalium absolutè sint exclusi. Contrarium patet, **partim** ex eo, quia *promissio datur Adamo, tanquam stipiti ac Parenti totius generis humani.* In ipso enim primitus creati erant omnes homines ad imaginem Dei in vitam æternam. Ipse legem acceperat pro omnibus: In & cum ipso ob transgressionem legis factam plectuntur omnes. Quæ sanè universalia prorsus omnia sunt, & sine ullius exceptione, sine ullo discrimine ac respectu concernunt omnes homines, quemadmodum ea omnia solidè adstruxit *Apostolus Paulus* Rom. V. 12. 17. 18. 19. docens, quomodo per lapsum Adæ peccatum intraverit, & per peccatum mors introducta fuerit in mundum, indeq; in omnes homines transierit, & rursus gratia & vita per Christum reparata fuerit omnibus in Adamo perditis. **Partim** ex *totali potestatis & regni Satanici destructione*, quæ in universum ita facta est, ut nullus lapsorum hominum relictus fuerit sub potestate hostis infernalis. Conf. I. Joh. III. 5. Ebr. II. 14 Col II. 14. Loqui verò Deum candidè & sincerè, nemo nisi qui serpentina malitia deceptus est, inficiabitur. Multa hic ogganniunt, qui in *Calvini* jurarunt castra. Inprimis autem *Frid. Spanhemius Exerc. de univ. grat. th. 6. p. 5.* dulcissimum hoc Evangelium impugnat. *Scriptura, inquit, primam promissionem misericordie, omnium aliarum radicem, particularem facit, non universalem Gen. III. 15. cujus documentum Deus, & in Adami, & in Noachi, & in Abrahami familia exstare voluit, & deinceps in tota gratiæ æconomia, sive strictiori Veteris, sive latioris Novi Testamenti, quæ amplissima quidem fuit, universalis non item.* Resp. 1. Verum hac ratione perfectissimum Evangelium in Semi-Evangelium convertitur. Nam si Evæ scivisset maximæ prolis futuræ partem absoluto odio reprobata, quanto cruciata tormento fuisset? An Adamus tam læta gratulatione

tione profectus Uxorem eam Matrem viventium appellasset. 2. Dist. inter ipsum opus à semine mulieris præstandum: & inter operis fructum in aliis per veram fidem sese exferentem, in aliis malitiosè impeditum. Nam concedimus complementum promissionis, si fructum ejus salutarem spectemus, particulare factum; sed hoc non ex vitio promissionis, quasi hæc particularis esset, sicut Spanhemius opinatur; sed vitio hominum rebellium & contumacium, quales erant Cain & posteri ejus, item plerique Noæ & Abrahami posteri. 3. Verbum divinæ vocationis non est donum merè personale, neque illud tantum datur soli immediatè accipienti, sed etiam femini illius, liberis, nepotibus ac posteris. Ita dona civilia, quæ conferuntur in Parentes dantur simul eorum filiis ac posteris; prædia & feuda à Magistratu in strenuos atque emeritos milites collata, nonne posteris dantur? Sed probat Spanhemius C. L. sententiam suam tali Paralogismo: Illi duntaxat facta est promissio misericordiæ, qui sunt semen mulieris, pro quibus, in quibus, à quibus semen serpentinum contritum, vel conterendum est. Soli Electi sunt semen mulieris, pro quibus &c. E. Resp. (ut prætermittamus formam) cum Excell. D. Danhawero in *hodomor. Spir. Calvin. phantasm. VII. p. 1451. negando majorem de iud. à quibus, concedendo de pro quibus & in quibus. At hi non sunt soli Electi. nam & reprobi sunt, pro quibus serpentinum caput contritum est: iidem cum verè credunt, licet non semper fideles sc. & gratia tales sunt, in quibus regnum Diaboli destruitur per fidem mundi Diaboliq; vetricem.*

§. 13. Excipit Spanhemius C. L. p. 224. *Si universalis est promissio, est vel absoluta & omnibus applicabitur, vel conditionata, & sic vel vult Deus conditionem in omnibus efficere, & reperietur in omnibus, vel exigit duntaxat ab omnibus, quod nec sapientia nec bonitati Dei competit, quia universalem promissionem proponeret plurimis ignotam, omnibus impossibilem sine tractu suo, quem tamen plerisque indulgere nolit.* Resp. 1. Est promissio universalis ordinata partim si homo fide amplectatur divina in Deum beneficia; partim si non repugnet fidei dono oblato. 2. Efficere vult Deus, quæcunque efficere bonitas & sapientia ejus decrevit: sed non vult ea efficere per vim omnipotentia

tentiaë extraordinariam, sed talem, qualem verbo & mediis promissit adjunctum iri. 3. Quod plurimis promissio est ignota, non adscribendum absoluto Dei decreto, sed malitiositati posterorum, qui Epicuræo contemptu illam aspernati fuerunt. 4. Omnes vult trahere, sed non *tractione violenta & coactiva* (quæ fit per funes severitatis, stimulos, lora, ferreas catenas, quem in modum bestiaë trahuntur) sed *suavi* per funes hominum Os. XI. 4. & per verbum, quod qui non audit, non trahitur. Instat Spanhemius p. 227. quod sub conditione promissio facta dici non possit, *tum quia in prima promissione nulla conditionis mentio occurrit, tum quia frustra facta esset illa, quibus Deus conditionis illius præstandæ gratiam largiri non vellet.* Resp. 1. Cum promittebat Deus gratiam in prima promissione, ut & in ejusdem restauratione, foedus initum est, (quicquid sit de Episcopio, qui *lib. II. Instit. cap. 1.* perversè disputat revelationem, quæ cum fœderatione conjuncta fuerit, nullam ante Abrahamum locum habuisse, eamq; quæ Abrahamo facta primam omnium constituit) quod explicitè extat Gen. VI. 18. c. IX. 9. cui obligatum erat totum genus humanum certis conditionibus. 2. Semper præsupponitur *falsa hypothesis* quæ Deus multis mortalium vel nulla, vel insufficientia media dederit, quod tamen oppidò falsum. Nam & quivis gratiaë gradus à Deo oblati in se intrinsecè ex intentione Dei efficaciam suam habet, ad aliquem sibi adæquatum & proportionatum (non exclusis aliis gratiaë gradibus) effectum producendum: licet non omnis gratia, vel quivis gratiaë gradus ultimum finem vel ipsam salutem immediatè producat. Nec metuendus *progressus in infinitum*, quem inde nectit Spanhemius, ac si sequeretur *conditionis conditio, si eam Deus à nobis exigeret.* Nam non exegit Deus tantum conditionem, sed & daturum se promittit. quæ ad præstandam eam sine necessaria, sed addita comminatione adversos rebelles ac malitiosos. Reliqua quæ à Spanhemio adducuntur in ordinem redegerunt *Adm. Rev. ac Exc. Dn. D. Præses in exerc. de fat. Calvin. §. 20.* ut & Dn. D. Micælius *Dec. II. disp. IV. contra Heter. Calv.* Deinde Joh. Cloppenburgius, qui B. D. Franzii Scholam sacrificiorum, in quibus à Magistro Luthero & (quod primarium) à Reformatorum fide abit, castigare, & ab illis defecatum & reformatum

reformatam dare Scholam in præfat. scil. promittit, ita Prot-Evan-
gelium reformat p. 100. 101. Ipsa fœderis formula, quæ oculo illo ex-
pressa est non permittit, ut per Adamum & Evam representam fuerint
cuncta totius generis humani individua, imò ne populi quidem cuncti:
quia stabilienda fœderis amicitia ponit Deus inimicitiam ἄσπυδον non
cum Serpente, s. Diabolo tantum, sed etiam cum semine serpentis s. Dia-
boli, quo nomine veniunt hominum numerus ille, super quos manet ira
Dei, & qui manent in morte Joh. III. 36. I. Job. III. 14. qui conse-
quenter manent inimici Dei, Rom. V. 10. Sed frustraneus hic est Re-
formator in male-reformatâ Schola. Deus quidem stabiliendæ fœ-
deris amicitia ponit inimicitiam ἄσπυδον cum semine serpentis
in sensu composito & reduplicativo, quatenus & quamdiu aliquis sub
Satana militat contra Christum, & sic capax fructus Prot-Evan-
gelici minimè est: attamen in sensu diviso etiam pertinet ad ipsum
substantia in Prot-Evangelio promissa, cujus (abdicata ferocia)
etiam fructum percipere possit. Deinde frustraneus quoque est,
quando contra B. D. Emmanzum operosè contendit, quod per semen
serpentis intelligantur omnes qui Diabolo tanquam Patri addicti,
quales etiam sunt omnia Satanæ organa inter homines. Nam ubi
hoc ipsum negat B. noster Franzius. Loca quæ adducuntur contra-
rium potius probant. Quod enim attinet, Disp. II. th. 26. verba ibi.
ita sese habent: Quod semen serpentis collectivè significet totam facie-
tatem & turbam s. genus Diabolorum patet ex Esa. LVII. 3. ubi Judei di-
cuntur semen adulteri h. e. societas iniqua. Quid clarius dici pote-
rat? Similiter disp. X. th. 95. p. 295. loquitur de primo Diaboli ag-
gressu, quod nempe Evam sub uno certo Duce & Antesignano, Sa-
tana primario aggressi fuerint cohortes Diabolorum. Sed estne
hoc frivolum dictum? Denique ipse D. Joh. Bergius in cit. tract.
Prot-Evangeliium particulare reddit, quando illud ad illos coar-
ctat, denen es durchs Wort versündiget wird / p. 49. und die es gegenwertig
in der Person hören. Hinc nullus dubitat asserere, quemadmodum
omnes in Adamo peccarunt, ita omnes in Adamo eilicher massen
vocantur p. 50.

§. 14. II. Ex dulcissima Abrahæ facta promissione,
quod in semine ipsius benedicendæ sint Omnes gentes Gen.

XII. 3.

XII. 3. c. XXII. 18. c. XVIII. 18. quæ dicta omnino universalia sunt,
 nec patiuntur se restringi ad certos selectos homines: Non pos-
 sunt intelligi de probis tantum Abrahamæ filiis, sed de omnibus:
 Non de Isaac tantum, sed & de Ismaele, de servis ejus omnibus,
 etiam emtis, qui propterea circumcidebantur Gen. XVII. 13. ut &
 pariter de Esavo. Id quod diffiteri non audet Calvinus *Comm. in*
Gen. quin potius asserere videtur promissionem Dei fœderalem
 communem esse atqve universalem: quamvis in eo maximè erret,
 quod non tantum promissionem Dei faciat *simulatam* qsi ea hic sal-
 tem in speciem proponatur, ut palam eloquitur in *Comm. super*
Gen. cap. XXV. 23. pag. 174. Sed & quando C. L. pag. 175 conten-
 dit gratiam & salutem omnibus quidem offerri in verbo externo,
 sed non *animo communicandi & applicandi gratiam internam.* Sed
 excipit Cloppenburg. p. 103. *promissionem de benedicendis gentibus fu-*
isse futuri temporis. Resp. 1. Promissio Abrahamæ facta respicit futu-
 rum tempus N. T. sed non tamen excludo penitus avo V. T. quod
 probatur *1. ex nominis Abraham derivatione.* Nomen אברהם com-
 positum est ab אב Pater ארע excelsus ורוב multitudo. At Abra-
 ham fuit Pater multitudinis jam ante tempus N. T. quod testan-
 tur multæ myriades liberorum & posterorum ejus, qui ab ipso tan-
 quam stirpe prodire. 2. *Ex fœderis ratione.* Nam in eo fœdus
 fitum fuit, quod Dominus eum voluerit multiplicare nimis, & Pa-
 trem facere excelsum multitudinis Gen. XVII. 2. 3. tum quoad fi-
 lios carnales, tum quoad filios spirituales. At hoc illo tempore
 statim cæpit impleri, quod & verba fœderis apertissimè loquun-
 tur, & universa historia S. luculenter testatur. Secundum carnem
 natus jam erat ipsi Ismael, & promittebatur insuper eidem Isa-
 ac v. 16. & Sara. Postmodum nationes, reges & gentes populo-
 rum ex ipso ortæ sunt tempore V. T. Conf. Gen. XXV. 6. 13. 3. *Ex*
Apostolica testificatione. Nam Paulus expressè docet, Abrahamum
 in præputio ante susceptam circumcisionem jam Abrahamum
 fieri cæpisse. Rom. IV. 11. Quod si solummodo præputiatus intelli-
 gat aliquis eos, qui tempore N. T. crediderunt, tum quoqve cir-
 cumcisos non aliter nisi de iis accipere necessum habebit. Quæ
 hic excipit Cloppenburg. elenchum non merentur. Objicit tamen
 1. gentium

1. *Gentium vocationem ad Fidem in Christum per Apostolos novam fuisse,* quod probat ex Esa LII. 15. p. 108. Resp. Dist. inter vocationem *solemnem & non solemnem.* Defuit multis solennis & clara verbi liturgia, non tamen omninò defuit non solennis & obscurior. Locus Esa. LII. 15. vel de circumstantiis nonnullis loquitur, vel de gradu patefactionis, quod gentes res N. T. non viderint nec audierint sc. in tanta luce, copia, ipsiusq; substantiæ repræsentatione.

2. Urget ρ $\omega\epsilon\iota\sigma\omicron\nu\ \tau\acute{\alpha}\ \text{I}\sigma\delta\alpha\iota\tau\acute{\alpha}$ præ Ethnicis, quod tolleretur per nostram hanc hypothesin p. 112. Resp. Prærogativa Judæorum erat *externa & temporalis.* Quoad salutem æternam nihil eis Deus singulare dedit: totusq; mundus ex Judæa petere poterat. saniozem Theologiam, licet Judæis omnium primo filius Dei incarnatus esset prædicandus. Hinc manet ρ $\omega\epsilon\iota\sigma\omicron\nu$ Judaicum non quidem in vocationis *monopolio* constitutum, sed in vocationis *lucē, gradu* aliisq; *Spanhemius* quo probet *Deum omnes populos uno Israelis excepto, universaliter voluisse fæderis Abrahami extorres esse* producit Psalm. CXLVII. 19. 20. Eph. II. 12. p. 343. Resp. Promissiones quasdam soli posteritati Abrahamæ factas esse non negamus: at promissiones spirituales gratiæ Dei, remissionum peccatorum & salutis æternæ, non soli Abrahamæ posteritati, sed omnibus fidei Abrahamæ vestigiis insistentibus. *Hieropsaltes* loquitur de modo & modulo diverso œconomias gratiæ divini: non verò gentes omnes simpliciter ab omni gratiæ communionē excludit. Nec כִּן עֲשֶׂה נִל negat substantiam revelationis, sed modum & gradum. Hic licet variet, atq; aliud sit, ipsa tamen vocationis universalitas evertitur minimè, sed potius ex se & sua natura respectu gratiæ divini universalis manet. *Paulus* verò etsi testetur *Ephesios* & alios gentiles quondam fuisse sine Christo, non tamen negat præter illos fuisse non paucos gentiles tempore V. T. ad Ecclesiã aggregatos.

§. 15. III. *Ex creberrimis invitationibus,* quæ magno numero occurrunt in unico Psalmorum libello, quo de *Chryso-stomus* non immeritò scripsit, *mundum non tam sole quam Ecclesiam hoc libro indigere:* cui item libello reliquorum augustissimorum Pa-

trum augusta corona talia attribuit elogia, qualia vix de ullo alio scripto Biblico invenias. Tangamus saltim præcipua invitamenta. Psal. IX. 12. *Pfallite Domino, qui habitat in Zion, annunciate inter gentes studia vel opera ejus i. e. ubiqve, interprete Bugenbaggio apud B. Franzi in Schol. sacrif. disp. IX. th. XXV. Psal. XXXIII. 8. 9. Timeat Dominum omnis terra, ab eo commoveantur omnes inhabitantes terram, quoniam ipse dixit & facta sunt, ipse mandavit & creata sunt.* Psal. XLV II. 2. *omnes gentes plaudite manibus, jubilate Deo in exultationis voce, quoniam Dominus excelsus, Rex magnus super omnem terram, quoniam Rex omnis terræ Deus, Pfallite Regi nostro, regnabit Deus super gentes, Deus sedet super sedem sanctam suam, Principes populorum congregati sunt cum Deo Abraham, quoniam Dei sunt scuta terræ, vehementer elevatus est.* Hic Psalmus, inquit B. D. Franzius C. L. est declaratio promissionis datæ Abraham & implendæ in Christo nato & exaltato, quæ tamen interim ante natum Christum promulgata & annunciata fuit, quod esset in plenitudine temporis futura. Conf. Psal. LV II. 10. 11. 12. Psal. LXVI. 1. Psal. LXVII. CXVII. Similes invitationes occurrunt Prov. I. 20. 21. 22. 23. (ubi plateæ invitantur & ostia portarum, in quibus universales congregationes fiunt, & olim judicia publicæ, ut omnes audirent, exercebantur; sicut & universalis in N. T. invitatio Matth. XXII. 9. simili phrasi indicatur) cap. VIII. 1. 2. 3. 4. c. IX. 1. seq. Esa. XLV. 22. cap. LV. 1. c. LXV. 2. 12. c. LXVI. 4. Argutus sc. hic est Cloppenburg, dum dicit p. 115. quod oracula illa contineant mandatum quidem de gentibus advocandis ad Christum, sed non quod tunc Prophetas obligaret, sed quo in plenitudine temporis tenerentur Evangelistæ & Apostoli, postquam primum Judæis expositus esset sermo Dei; quod probat p. ex protestatione Apostolica Act. XV. 46. p. ex interdicto Christo Matth. X. 5. 6. Concludit: Premittitur ergo Franzius hoc absurdo, ut Christus ipse neglexerit & discipulis suis vetuerit, quod Deus mandarit. Enacumen Reformatoris in male-reformato dogmate. Annon mandata illa, quæ Deus populo suo dedit de propaganda veri Dei cognitione ad alias gentes etiam concernebant tempora V. T.? Sanè expressè Israelitæ jubentur annunciare *inter gentes gloriam ejus in omnibus populis mirabilia ejus* Psal. XCVI. 2. 3. Conf. Psal. XCVIII. 2. quod

quod ipsum mandatum fideliter quoque fuerunt executi, vid. Psal. XLIX. 2. Et gentes etiam talia, sibi prædicata reapse agnoverunt. Conf. Psal. CXXVI. 2. De Judæis tempore nati Christi dicitur Matth. XXIII. 15. quod magno studio circuire consverint *mare & aridum, ut facerent unum proselytum & converterent vel unum saltem Eθνicum.* Quanto majori cum conatu propaganda gloriæ factum id fuisse putabimus à Pientioribus & Sanctioribus Antiquis, *Abrahama, Isaaci, Jacobi, Josephi & subsequētib; temporibus, quibus dictum erat: Annunciate inter gentes; dicite inter gentes. Inquis: Jubere tantum significat, quid nostri sit officij, non quid propositi divini.* At cum jubetur, innuitur utique voluntas Dei, quid Deus fieri velit, & expetat. Instas: *Vult quoad mandatum, non vult quoad beneplacitum.* Verum quod præcipit & mandat Deus, ut fiat, in eo etiam procul dubio beneplacitum habet. Nec tamen malitia hominum Dei superat potentiam, si id non fiat, ut ut omninò illa obstet, quo minus Dei voluntas, Dei mandatum, Dei beneplacitum impleatur. *Deinde quod protestationem Apostolicam attinet, illa C. L. non extat, quod si fortè intelligit Act. XVI. quo cum jungimus Matth. X. 5. 6. (quæ loca etiam à Spanhemio adducuntur p. 1384.) Resp. Consequentiã esse vanam, quoniam procedit à particulari. Vocatio non omni tempore universaliter fuit dispensata. E. nullo. Distingve inter ipsam vocationem & dispositionem actus, inter vocationem purè negatam & retardatam.* Et si enim eo tempore ad gentes nondum pervenerit prædicatio Apostolica, pervenit tamen ad eas fama de Ecclesia. Et licet solenni illa sub V. T. vocatione caruerint; verbum illud tamen non ex absoluto decreto ipsi fuit denegatum. Hinc Christus ad promiscuam multitudinem, nullo habito Judæorum ac Samaritanorum discrimine conciones habuit. Conf. Joh. IV. 5. & in fines Tyri & Sidonis abiit. Nec *Bythinis* ulla promissione obstrictus erat Deus, quod illis prius deberet Christus innotescere, quam *Macedonibus.*

§. 16. Et hæc invitamenta seria fuisse, ex aliis luce meridiana clarius liquet. *Quare enim Seraphico gladio ab ornatissimo Paradysi borto, qui usque ad diluvium, in quo demum, concedentibus Cornelio à Lapide, Estio in cap. II. Gen. & Blasio de Viegas in Apocal. c. II.*

p. 446. apud B. Gerhard. in Gen. I. p. 50. inutationem passus fuit, inviolatus duravit, omnes quotquot ante diluuium vixerunt, mortales fuerunt prohibiti? Scilicet ut *Apelle nostri*, verba sint Dn. D. Danhaw. in hodof. phan IX. *hodie ex negata Hierosolymorum restoratione, ad mutandam mentem incitari debent, primi homines commonefient, de peccatis cum Satana primos esse Parentes, redirent ipsi ad frugem, & media ineunda gratia quærent.* Nam Paradisus ille, quem Deus ipse plantaverat speciosum ac spatiosum, in toto genere humano ansam præbebat, vel præbere debebat disputationibus, cur pulcherrimus ille locus maneret inhabitabilis, juxta quem creatus fuerat primus homo, quem primo homini domicilium & cubiculum paraverat ipse Deus, quæ fuerit causa ejecti primi incolæ, à quo Deo hæc omnia dispensarentur, & ita fierent, quamdiu hortus conclusus manere debeat, an & à quo iterum porta in Paradisum aperiri posset. *Quid erat sacrificiorum caelesti igne accensorum magnificentia, nisi via quædam ad Ecclesiam?* Annon etiam gentiles ex hoc Dei verbo non vocali, sed rituali incurrente in oculos & auditum omnium individuorum sub toto coelo, solo ac solo occasionem habuerunt inquirendi de vero Autore, de causa finali. Neque existimandum Gentilibus hanc viam & occasionem absolute denegatam fuisse. Nam & illorum sacrificia ex simplici voto & spontanea oblatione profecta, acceptabantur, quod patet partim ex luculento Jehovæ mandato Lev. XVII. 8. 9. 10. 11. Ad quæ verba ita B. noster Franzius in *Schol. Sacrif. disp. IX. th. XXV.* Hic, inquit, promulgat Deus legem de sacrificiis, quæ Ethnicis erant oblaturi; & duo proponit, 1. quod Ethnicis possint etiam offerre sacrificia (nim. in loco competente per personas Sacerdotales) 2. quod credere debeant Ethnicis sanguine pecorum expiari ipsorum peccata, unde etiam à sanguinis esu debeant abstinere diligentius. Conf. Levit. XXII. 18. Num. XV. 15. Ezech. XIV. 7. Partim ex exemplis, utpotè *Judeorum* sacrificantium pro Rege Demetrio I. Maccab. VI l. 33. pro Spartanis I Maccab. XII. 11. pro Romanis & in specie pro Imperatore Romano ex publico sumptu apud Joseph. lib. 2. cont. Appion. *Alexandri Magni* vid. Joseph. lib. XI. *Antiquit. cap. ult. Heliodori* II Maccab. III. 35. & *Vitellij* apud Joseph. lib. XII. *antiq. cap. VII.* Conf. *Aut. funeris kellenist.*

p. 112.

p. 112. seq. Huc spectat quod atrium peculiare gentium extructum fuerit in templo Hierosolymitano, teste Josepho *lib. XV. Antiq. c. XIV. & lib. VI. de bell. Jud. c. VI. ut & lib. II. cont. App.* quodque in dedicatione templi Salomon orarit I. Reg. IIX. pro exauditione etiam alienigenarum v. 41. Imo quosdam sapientum Ethnicorum ad Deum revelantem sua sacrificia retulisse demonstrat *Max. Rev. ac Amplif. Dn. D. Dorschæus in Mysaria Missæ cap. I. §. 10.* Quid erat d. vina illa *Sacramentorum* in V. T. *institutio*, nisi tacita quædam omnium gentium ad Ecclesiæ gremium invitatio. Et quamvis *circumcisionis* ritus absurdus ac stolidus visus sit gentibus plerisque: nihilominus tamen alix ac viciniores gentes, quæ eundem ritum receperunt, fuerunt, ut *Ægyptiæ, Idumææ, Ammonitæ, Moabitæ & omnis regio Sarracenorum* auctore Hieronymo *in Cap. IX. Jerem. & ante Hieronymum Herodoto in Euterpe. Soli*, ait, *omnium hominum Colchi & Ægyptij & Æthiopes ab initio statim pudenda circumcidunt. Nam & Phænices & Syrii, qui sunt in Palestina, didicisse id ab Ægyptiis & ipsi consitentur.* Ubi tamen in eo fallit, quando asserit solos & primos, qui pudenda circumciderent, fuisse *Colchos & Ægyptios*, & eorum exemplum Ebræos, quos *Phænices & Syrii* vocat, esse secutos. Nam certum est primam originem esse ex Hebræis, & horum gentilibus *Abrahamo & filiis Isaacidis, Israelitis, Cethuræis; à Lotho & Ammonitis ac Moabitis; à Jacobo & Israelitis ac Idumæis:* Qui licet ad tempus hunc morem intermiserint, tamen ab *Hircano* postea, nisi mallent à propriis pelli sedibus in ordinem sunt redacti apud Joseph. *lib. XIII. Antiq. c. 17.* Ideò amore patriæ admiserunt circumcisionem & reliquam juxta Judaicos ritus vivendi formulam. Tantum enim abest hunc ritum eo modo pertinuisse ad *Abrahæ* posteros, ut gentiles ab eo simpliciter exclusi fuerint, ut potius in ipso mandato *foederali* circumcisionis *Gen. XVII. 11. 12. 13.* præcipiatur non solum filios & vernaculos, sed etiam emittios ac alienigenas circumeidendos esse. Negant quidem *Pererius, Sotus, Svarcz* servos ad suscipiendam circumcisionem fuisse obligatos: sed rectius *Lyranus, Cajetanus & alii* urgent universalitatem textus, *omnis servus*, quod ita non solum *Abrahæ* posteros, sed etiam servos s. fuerint liberi s. mancipia s. fuerint domi nati

f. emti f. bello capti, fuisse obligatos ad suscipiendam circum-
 cisionem. Conf. B. Gerhard. *in b. l.* Quod verò ad *Profelytos* h. e.
 conversos ex gentibus ad Deum Israelis attinet, de illis postmo-
 dum. Similiter Peregrini & emittiti ad *Sacramentum agni Paschalis*
 admittebantur, atqve eodem cum indigenis loco censebantur, si
 prius fuissent circumcisi. Exod. XII. 44. 47. seq. *Taceo* quod nec
 gentes à lege Sinaica, absolute fuerint exclusæ, cum sit norma ca-
 tholica & compendium juris naturalis, obligans quoad *Substanti-*
am preceptorum omnem hominem nemine excepto. Hinc quo-
 que propter præcepta in Decalogo proposita gentiles in Veteri
 Testam. jure meritissimo redarguuntur. Jam autem quicunque
 damnantur ob infidelitatem damnantur. Joh. III. 18. *quod non cre-*
debant. Imò omnes omninò homines obligantur ad Scripturæ scru-
 rationem expresso mandato divino Deut. VI. 3. 6. 7. quod Deut.
 XXXI. 11. 12. repetitur, ubi quoque advenis lectio & meditatio
 Scripturæ injungitur, ut nempè discant timere Dominum, ejusq;
 præcepta observent.

§. 17. IV. Ex severissima Dei attestatione quam jura-
 mento confirmavit Ezech. XXXIII. 10. 11. Sanè hoc religiosissi-
 mum Dei juramentum meritò finis esse debebat omnis inter nos
 & Calvinianos controversiæ. Nam *idcirco jurat, ut si non credimus*
promittenti Deo, credamus saltem pro salute juranti, scribit Hierony-
 mus *tom. 2. epist. 46.* Nihilominus tamen Calviniani sacrosanctif-
 simo jurejurando fidem derogant, ac si Deus ore aliud proferret,
 aliud sub pectore conderet. Dei decretum hoc est: *Ego nolo mor-*
tem impij morientis: Dei Reformatoris istud contradictoriè oppo-
 situm est: *Ego volo mortem impij morientis.* Utri jam credamus?
 Quapropter ut sententiam hanc Dei per se luculentissimam elu-
 dant, varia ab ipsis quæsitæ sunt diverticula, in quæ se recipiunt.
Quidam præsidium quærent in voce velle, alij in subjecto, alij in
objecto, alij in circumstantia temporis. Sed illis argutiis jamdu-
 dum obviam iverunt B. Meisnerus *in Anthrop. S. Dec. 2. quæst. 2. Dn.*
D. Gisenius part. 2. Diss. IX. de Zwinglio-Calv. sug. p. 154. ut & Dn. D.
Feurborn. in diss. de pecc. in Sp. S. p. 435. & fasc. 111. diss. 1. thes. 27. seq.
 Spanhemius quo eo feliciter & velociter beneficam hanc Dei atte-
 stationem

stationem impugnare possit, restringit eandem ad domum Israelitis
 ad quos, inquit p. 127. de grat univ. mittitur Propheta ista dicturus?
 Dic eis, inquit Deus, Domus Israelis nimirum. Quid hoc pro proposito
 universalis miserendi omnium & singulorum hominum? An quod domus
 Israel propositum fuit, omnibus & singulis mortalibus propositum fuit?
 imò retorquemus hoc ipsum? *Ἰδὲ* *Βίβαυ*: Deus domum Israelis vocavit
 ad respicientiā & ad vitam, innumeros non vocavit, nec sic fecit ulli genti:
 E. propositum universale non habuit omnium & singulorum miserendi.
 Eandem cantilenam repetit D. Bergius in tract. de *Wille & Dites*.
 p. 36. Ob zwar *Ἰδὲ* auch im Alten Testament durch den Mund des Pro-
 pheten Ez. XVIII. 30. 31. c. XXXIII. 10. 11. mit einem theuren Eide bezeugt
 hat, daß Er kein Gefallen habe am Tode des Sünders, sondern daß er sich
 belehre und lebe: so ist doch solches damahlen allein geredet zu dem Hause
 Israel. Resp. 1. *Evangelia amplissima sunt interpretationis, nec hic ex-*
cepti impius convertibilis debet, quem Deus non excipit. 2. *Et si*
concedatur Ezechielem missum esse ad domum Israelis, hiquidò tam-
en inde evincitur contra Absolutarios (ut in barbara prorsus
opinionē simili quoque voce utar) Deum illorum impiorum mor-
tem non voluisse, sed plures quam solos Electos amasse. 3. *Dr. D.*
Danhawerus in hodom. phant. VII. ita regerit: Glossa hæc, inquit,
perinde colligit, ac si quis hunc in modum à nexu Decalogi se emancipare
vellet, Dominus alloquitur eos quos eduxit ex Ægypto, adeoque domum
Israel. E. neminem alium mortalium. E. nec me, qui ex domo Israel stir-
pem non duco. Igitur ut ibi specialis quidem ratio domum Israel ligat, ge-
neralis singulos mortales: Ita apud Ezechielem specialem causam misert-
cordiæ in Israelitas intendit, universalem subinnuens q. d. Ego Dominus
nolo ullum mortalium perire, qui ego velim Te domum Israel antiquo mihi
fœdere consecratam & hæcenus tenerius habitam perire. Igitur 4. dicit-
mus ad omnes omnino, homines hanc misericordem Dei voluntatem
referri debere, cum sententia sit generalis, quam frustra Deus
proposuisset, si essent aliqui impii, quantumvis gentiles, quorum
mortem ipse voluisset. Habuissent enim Israelitæ quod protinus
opponere Propheta potuissent. Patet id quoque ex loco paralle-
lo Ezechielis c. XVIII. 23. An delector morte impii? Dicit Dominus
Deus & non ut convertatur à viis suis & vivat? Nolo mortem mori-
entis

entis dicit Dominus Deus v. 33. Ibid. Revertimini & vivite. Hic notetur causa dicti, quæ v. 4. ponitur, cur videlicet Deus nolit mortem peccatoris, quia sc. omnes animæ sint Domini s. Domino curæ. Deinde noranda in verbis Domini est *proprietas & vis vocis* s. *emphasis verborum*, quando ait: וְאֵין אֶפְרַיִם num delectando delector, quæ interrogatio fortissimè negat, ut Tremellius & Piscator hic fatentur coguntur, & per vehementiam negandi disertè dicitur וְאֵין אֶפְרַיִם non volo, renuo, aversor. Conf. Deut. XXV. 7. Job. XII. 14. Esa. LXV. 12. nempe mortem וְאֵין אֶפְרַיִם morientis in *Benoni*, vel nominaliter mortui, וְאֵין אֶפְרַיִם *דאָרְטוֹרִיִּיִּיִּי* ut habent LXX. *Vindes*, qui æternam mortem est promeritus, & ut *Chaldaus*, qui reus est mortis & condemnationis. Neque insuper h. l. habendum est, nomen וְאֵין אֶפְרַיִם improbus animo, mente iniqua & turbulenta, cui non est pax, quæ vox tam de gentilibus, quam Judæis usurpatur. Conf. Esa. XLVIII. 22. Psal. I. 1. Gen. XVIII. 23. 25. *Argumentamur*: Qui sunt impii & improbi, illi Ezech. XVIII. & XXXIII. intelliguntur. At non tantum Israelitæ, sed etiam gentiles sunt impii & improbi. Nam omnes sumus impii & peccatores carentes gloria Dei Rom. III. 10. 23. Eph. II. 1. Gal. III. 22. E. Consentit *Adm. Rev. ac Exc. Dn. D. Müllerus in abs. decr. p. 38. Es hat / inquit, der Prophet diese Predigt zwar damals den Jüden gethan / jedoch gehet sie nicht allein auff die Jüden / sondern auff alle Gottlose Menschen.*

§. 18. V. Ex prædicationis universalitate. Etenim Deus benignissimus distinctis vicibus omnes omninò homines in V. T. existentes per verbum prædicationis vocavit, etiam ratione executionis, quam in actum deduxit *universaliter* quidem, administrando omnibus hanc mensuram cognitionis, qua possunt ad visibilem Ecclesiam pervenire: *particulariter* verò mittendo vel conservando huic & illi genti Evangelii prædicationem. Ubi tamen non tenemur per inductionem singularum provinciarum, civitatum, pagorum probare hoc vel illo anno, mense, die prædicatum esse Evangelium. Sufficit actualem prædicationem nonnunquam fuisse collatam, quæ tamen postmodum per voluntariam & evitabilem contumaciam repudiata fuerit. Nam ut nihil dicam de universali prædicatione, quæ per creationem primis nostris Parentibus,

bus, in quibus totum genus humanum, contigit, qui tamen spontanea voluntate, adeoq; scientes volentes eam rejecerunt:annon Deus ex immensa sua misericordia acturum verbi sui thesaurum coram universo mundo explicuit. Nam lapsu homine statim novum rursus promulgavit dogma, & se inter semen serpentis, & semen mulieris inimicitias positurum promisit. Instauratâ igitur post lapsum Ecclesia procul dubio Adamus, qui in primo decem priorum Patriarcharum collegio Antediluviano *Decanus* fuit, & *Episcopus generalis*, conventus sacros certo in loco, quem nominat Moses *faciem Jehovæ* Gen. IV. 14. certis diebus instituit, sacrificia in honorem Jehovæ & suimet ipsius consolationem ad fidem in promissum semen mulieris contestandam, obtulit. Quibus etiam adjunctis perpetuò de passione, redemptioneq; Christi præstanda & fiducialiter complectenda, deq; aliis fidei capitibus conciones. Vid. Joseph. lib. 1. antiq. c. 2. Ad hunc verò locum non minus frequenter accedit *Cain*, quam *Abel*, & quidem primus defert munera sua s. primitias frugum, quas viderat à Parentibus consuevisse offerre Deo. Sed *Cainus*, instigatore Satana, statim *Abelis* primi primævæ Ecclesiæ Martyris pietatem & justitiam indignè tulit. Cum enim uterqve Deo primitias obtulisset, descendit quidem de cælo flamma, & *Abelis* sacrificium, ut tradunt, devoravit. At *Caini* munus neglectum fuit, non quod malè divisisset pecus, ceu censent LXX. Int. Sed quod contumaciter sceleribus suis Deum offenderet, ut *Iudas* v. XI. suæ epistolæ testatur. Contra *Abel* obtulisset *πλείονα ἰυσίαν* non ratione materiæ, uti *Judei*, & hos secutus *Estius ad Hebr. X. 4.* equidem volunt. Sed ob fidem *εἰς πλείονα ἰυσίαν* Messiam sc. promissum, à quo etiam *περισσίαν τῆ χάριτος καὶ τῆ δωρεῆς τῆ δικαιοσύνης* Rom. V. 17. impetravit. Proindè *Cain* ductus odio adversus fratrem *Abelem*, illi nihil metuenti vitam nefariè ademit, apertumq; se Dei justitiæq; omnis hostem professus est. Hinc à Parentum exclusus consortio, abducta haud dubio secum una ex sororibus suis ad Orientales mundi plagas profugus (Nam Gen. IV. 16. de eo dicitur, quod egressus fuerit à facie Domini i. e. à loco divinæ revelationis, à consortio Ecclesiæ, à congregatione

Sanctorum Deum ex verbo rectè agnoscentium & colentium) vitam agrestem & feram amplexus est, filiosq; deinde, ac nepotes sibi similes propagavit. Sic E. vocationis gratia, quæ ex *Dei intentione* in toto genere humano semper vigere debuisset, interrupta fuit, ita ut non eodem modo continuaretur. Nihilominus tamen apud *Adamum*, ejusq; filios eadem semper tum continuata fuit. Et quidem *Seth* revera fuit *fundamentum*, & *baculus* parentum suorum afflictissimorum, quia fuit veritatis cœlestis non tantum firmissimum *sustentaculum*; sed & invictum *propugnaculum*, quoniam hæreses & falsa dogmata ex verbo Dei constanter refutavit, & scelera Cainitarum publicè grassantia acriter taxavit. Hic genuit filium, quem sua experientia edoctus, *Enoschum* appellat. Qui etiam veram religionem de Messia, de sacrificiis, de vera invocatione Dei, deq; vita æterna, quam ab Avo & Patre suo intra privatos parietes didicerat, cum multis aliis communicavit & publicavit; & contra Idololatriam *Cainitarum* fortiter pugnavit. Hoc demonstratur ex verbis *Mosis* Gen. IV. 26. ubi dicitur quod לְמִנְחָה IN tunc *cœptum* fuit (non profanatum, ut post *Rabbi Schelomo Jarchi* apud *Cunæum de Rep. Heb. p. 358. Tremellius & Junius* volunt in h. l. Si quidem & incipiendi significationem habet. Unde & eandem sententiam posteriori editione *Junius* amplexus est) *invocari in nomine Iehove*: non ac si tum Filii Dei vocari cepissent, ut *Episcopus lib. 1. Inst. Theol. cap. X.* contendit: multo minus ac si nullæ hæctenus preces in usu fuissent *Adamo, Eva, Habeli, Setho &c.* Sed quia publicum docendi ministerium persecutionibus Cainitarum dissipatum, ac præpeditum circa illud tempus iterum restauratum est. Quemadmodum cum B. *Luthero Tom. IV. Germ. in Comm. in h. l. ac in glossa marginali Biblica*, pleriqve nostrates accipiunt. *Sethi* trinepos *Henochus* fuit, qui singulari præ reliquis Patriarchis Zelo opus Domini urfit, promissionem de semine mulieris explicavit ac spem vitæ æternæ inculcavit. Nam *ambulavit cum Deo* Gen. V. 22. h. e. Propheta fuit (non autem præfectus religiosi ordinis, quemadmodum fingit *Boulducus Monachus Capucinus lib. de statu Eccl. ante leg. apud Summè Rever. et Exc. Dn. D. Dorschaum in dedic. parall. Monast. & Acad.*) atqve Doctor Ecclesiæ insignis,

signis, ut legere est in epistola *Jude* v. 14. graviterq; impietatem & blasphemias eorum, qui Deum & Providentiam ejus negarunt, redarguit, uti phasin illam, ambulare cum Deo, B. Lutherus h. l. explicat. Conf. *Perq. Rever. ac Exc. nostrum Dn. D. Christ. Matthiæ in hist. Patriarcharum p. 99. seq.* Sed concionibus istis nihilo meliores facti terrarum incolæ, omnem religionem posthabuerunt Jud. v. X. XI. II. Pet. II. 1. 5. Quare Deus *Noam*, à quo Pater *Lamech* quietem & consolationem speravit in terra, excitavit. Hic verò *Noes*, quoniam vitam planè divinam in confertissima hominum multitudine, vel potius Cyclopica barbarie constantissimè ducebat Gen. VI. 9. impiis suis Auditoribus (fuit enim *præco lustitia* II. Pet. II. 5. Gen. VII. 1. & *Iusticie fidei hares* Ebr. XI. 7.) λόγῳ καὶ ἔργῳ annuntiavit, Deum universos delere velle, nisi intra certum tempus à viis, quas elegerant, pessimis, in pœnitentiam mutarentur. At cum surdis ille divina Judicia ingereret, præsertim per illos centum viginti annos, quibus arcam construxit, pervicaciam eorum detestatus est Jehova: eoq; scelus ipsum processit, ut Deus (vix Noë mortalium uno justo reperto, quem propter hoc cum domo sua servari voluit, ut esset per quem humanum genus ex integro reparari posset) cataclysmum immiserit memorabilem, qui inundans omnem terram, una clade omnia animantia, quæ tunc in terris fuere, præter admodum pauca, quæ mystica navis tuebatur, cum volucris etiam extinxit.

§. 19. Verum num post diluvium Ecclesiæ refflorescentis status fuit felicior? Finito quidem diluvio *Noes*, qui à *Theodoro* ὁσέριος τῆ γῆς καὶ ἰδέα τῆ φύσεως καὶ δόξεως Ἀδάμ vocatur, cum novi mundi seminario ex arca egressus, ad pristinos ritus divini cultus rediit, ac aram Domino statuit, hostiasq; ex volucris immolavit. Hinc etiam si Deus de integro ipsi, ipsiusq; filiis, qui tum temporis totum genus humanum representabant, benedixerit, foedusq; cum illis pepigerit: nihilominus tamen, quem admodum inter tres filios Adamus suum *Cainum* educavit; ita quoque Noës inter tres filios ab inundatione aquarum servatos, suum invenit *Chamum*, qui Parentem vino somnoq; sepultum ac nudatum ludibrio habuit & fratribus demonstratum cœpit. Ob quod

Iudibrium, quo Parentem habuit, diris execrationibus exceptus cum uxore & liberis communionem sanctorum deseruit, ac novam religionem, ceu censet B. Lutherus ad *Gen. XI. fol. 165.* instituit. Undè factum, ut quum procedente tempore alii ex iis, diversa mundi loca tenuissent (crevit enim supra modum abdicata soboles) quidam in errores inciderint inextricabiles. Huc spectant studia *Chamitarum*, dominandi libido, gloria magnifici nominis & cætera, quæ Spiritus S. asterisco notat *Gen. XI.* Ita in maxima mundi parte à religione sancti *Noachi* discessum & nobilissimum verbi divini triticum mundanarum rerum spinis suffocatum est. *Luc. VIII. 14.* Quapropter si vel maximè Deus nulli hominum postea sui cognitionem donasset, illud tamen non esset adscribendum absoluto cuidam decreto, sed potius fuisset iustissima *Chamitarum* poena. Etenim *particularitas* (verba sunt *Max. Rever. ac Excell. Dn. D. Hülsemanni in diat. de aux. grat. p. 148.*) actualis vocationis per Evangelium consistit propriè & formaliter in non iteratione predicationis semel factæ, s. populo s. individuo factæ fuerit, aut iterari debeat. Hanc autem non tenetur posteris Deus restituere: cum iteratio hæc sit merè libera, & gratuita nullo pacto debita, nec invenit in iis, quibus fit, ullam inductivam præ aliis, quibus non fit *I. Cor. IV. 7.* Quod insuper contra *Remonstrantes* notandum, qui gratiam hanc ex naturali æquitate deducere laborant, ac si Deus teneretur sufficientes vires & medium conversionis dare. *Conf. Remonstr. defens. art. 4. Act. Synod. part. 3. p. 106. Apolog. in exam. cap. XVII. p. 162. 132. Arminius Resp. ad art. falso sibi impos. art. 19. Corvinus cont. Tilen. c. 13. p. 262. & contra Molinaum cap. 4. p. 62. Παράκλητος habet Amyrald. apud Spanhem. in vind. de grat. univ. p. 133.* Fatemur quidem veritatem promissionum Deum obligare *II. Tim. II. 13. Rom. III. 3. Psalm. XXVII. 8.* æquitatis tamen leges Deo figere ex natura iustitiæ distributiæ inter homines, per quam teneatur, ut omnes, suamet voluntate in Adamo lapsos restituat, iniquissimum est. *Conf. Rom. XI. 35. II. Tim. I. 9.* Ecquis enim Magistratus tenetur multam restituere, aut vitam ei, cui iure eam abstulit. *Conf. Matth. XXV. 28. Rom. XI. 35.* Quid? quod & donationes aliquibus in casibus rescindi queant? quo pertinet totus

Titulus

Titulus Codicis de *revocandis donationibus lib. VII. Tit. LVI.* Nec Deus promisit absolutè se omni momento, semper & nullo attentò obstaculo ex parte hominum eosdem iterato s. per *predicationem verbi*, s. per *Ecclesie famam*, revocaturum. Neque Deus propterea accusandus, sed potius Majores, qui lampadis Evangelicæ preciosum depositum, non fideliter, ut par erat, servarunt, ac exemplum *Abraha* non sunt imitati, qui *Catechesi* liberos suos studiosè imbuit Gen. XVIII. 19. Nihilominus tamen nec iterationem semper omisit Deus Clementissimus. Nam ad impii *Chami* posteros *Abrahamum* Prophetam Gen. XX. 7. c. XXI. 33. quem ab *Oriente* excitum ait eloquentissimus Vatum *Esaias* cap. XLI. 2. Conf. Act. VII. 3. misit, ut esset religionis vetustissimæ restaurator. At fame in *Palestina* exorta *Ægyptum* migrat, ut scil. etiam *Ægyptiis* Deus ab *Abramo* prædicatus innotesceret. Et quanquam in *Oriente* ultra *Euphraten* à Patribus accepta religio nutabat passim, populis ad idololatriam propendentibus: tamen eodem tempore Reges adhuc alibi sacerdotio Dei altissimi fungebantur. Inter quos *Melchisedecus* inter impios impii *Chami* posteros degens, excelluit, Vir planè admirabilis & Sacerdos Dei altissimi, qui Ecclesiam habuit, in qua Deum vera invocatione & prædicatione verbi coluit. Ex *Ægypto* rediens *Abramus* Amicus Dei mirè collocupletatus, *Lothum* fratris filium universæ peregrinationis socium, à se dimisit. Quæ Prophetarum Dei separatio paulò post ad ingentem divinitatis gloriam redundavit. Nam divina providentia factum, ut *Lothus Justitiæ Præco* Sodomitis Doctor præficeretur, eosq; ad poenitentiam vocaret, antequam sequeretur exitium II. Pet. II. 8. De *Isaaco* *Abrahæ* filio & *Jacobo* *Abrahæ* nepote aliquoties commemoratur, quod in loco divinæ apparitionis altaria extruxerint, & invocavit in nomine Domini, Gen. XXVI. 25. cap. XXXIII. 20. c. XXXV. 7. h. e. quod publicum divini cultus exercitium instituerint, ac familiam suam, eosq; omnes, qui se illi conjunxerunt, de via salutis, de promissione seminis benedicti &c. informarint, sacrificia obtulerint, ac de vero fine sacrificiorum homines erudierint. Neque uno in loco id peregerunt tantum, sed ultrò citroq; peregrinati semen verbi, quod semper aliquos producit fructus

Esa. I. V. II. (quum per se inditam virtutem convertendi divinitus habeat, nec tum demum illi, cum verbum prædicatur iis, quos Deus absolutè conversos vult, accedat) etiam apud impios sparserunt.

§. 20. Postmodum inter gentes veram religionem docuerunt filij Israel in Ægypto, Jobus in Idumæa. Ismaelem etiam nec non Esavum veri Dei notitiam retinuisse (utut à primogenitura jure rejecti sint) eamq; propagasse, cum ducibus ex ipsis egressis, non videretur negandum. Conf. B. Luther. in enarration. super Gen. cap. XXI. fol. 284. cap. XXV. c. XXXIII. fol. 499. B. D. Franz. in tract. de Interp. Script. orac. XXXI. p. 358. Josephum Ægypti Proregem veram de vero Deo religionem in regno Ægypti plantasse ac Proceres regni in vera Dei agnitione juxta animam suam h. e. juxta omne cordis sui desiderium informasse ex Psal. CV. 22. colligi potest. Neque dubitat Dn. D. Christ. Matthiæ C. L. p. 391. quin ipse tanquam supremus Ecclesiarum & Scholarum Regni Inspector, Heliopoli Academicam, in qua vera religio, Astronomia, reliquæq; artes liberales explicatae sunt, constituerit, & privilegiis magnisq; immunitatibus ornarit. Similiter Moses, Nuncius ille fidelissimus, ac intimæ penè admissionis Dei Amicus per omnes gentes, & tunc & omni ævo, quamvis vera falsis miscuerint, celeberrimus fuit. Nam inimicos habuit cum Israelitis Ægyptios, Amalekitas, Idumæos, gentemq; universam Moabitaram, Midianitarum & Cananæorum. Augustinus epist. 119. ad Jan. de eo scribit, quod inquietæ animositati hæreticorum, quales fuerant Jannes & Jambres, Core, Datan & Abiran, restiterit. Strabo verò lib. XVI. Cosmograph. asserit, eum apud Ægyptios docuisse, quomodo illi non rectè sentirent, qui ferarum & pecorum imagines Deo tribuerent: nec Græci qui Deos hominum figuris insignirent; & quod id solum Deus esset, quod nos contineret & terram & mare; quod cælum & mundum; quod rerum omnium naturam appellamus, cujus imaginem, nemo sanè mentis nostræ similem audeat effingere. Moses provinciam Josuas obiit ac plurima, quæ ad Religionis & cultus divini constitutionem pertinebant, suscepit. Sic in Mesopotamia Pethore urbe sita ad Euphratem Num. XXII. 5. Deur. XXIII. 4. 5. commoratus dicitur Bileam, Prophetiæ dono illustris Conf. Num. XXIV. 3. 4. 17.

ex

ex cuius posteritate Magos fuisse Matth. II. 2. *Hieronymus, Chryso-
stomus, Cyprianus & Theophylactus* censent, à quo Patres audivissent,
*oriundam in Jacob Stellam & in Israel Hominem, cuius fortitudo sit fu-
tura qf. Rhinocerotis.* Etiam Rex David omnes Reges terræ (domi-
nabatur enim non solum *Israelitis, sed etiam Philistæis, Idumæis, Mo-
abitæis, Syris* Psal. LX. 9. 10.) ad pietatem adhortatur Psal. II. 10. seq.
Taceo aliorum Regum pientissimorum sacra, prout divinis legibus
præscriptum erat, legitima. Ex multis adduco *Josaphatum* qui
politiam Ecclesiasticam, quæ ejus tempore aliquantum concide-
rat, pristino nitore restituit, ac misit Principes & Sacerdotes, qui
circumirent in toto regno, ut populum in lege instituerent II. Pa-
ral. XVII. 6 seq. Religioni verò Judiciorum sanctitatem adjun-
xit, præcipiens, ut velut in Dei conspectu judicarent tanquam
summi Judicis, quotquot de aliis sententias ferrent. Hinc tali-
um rerum autorem fama per terrarum orbem circumtulit, opes
ejus in immensum auctæ, metus incussus finitimis. *Philistæi &
Arabes* tributum spontè pependerunt, ad spectu virtutis, veritiq;
robur militum, quorum ultra undecies centena & sexaginta mil-
lia in armis habebat *Josaphatus.* Quid de *Prophetis* dicemus? Hi
sanè suas visiones publicè affigere edocui fuerunt (quemadmodum
in Academiis intimationes publicari consueverunt) ut à percur-
rentibus quibusvis legi & ita citius dispergi in regiones diversissi-
mas possent. Hab. II. 2. Esa. XXX. 8. *Ribera in Habac. fol. 530.* dicit
*Deum idèd voluisse scribi hanc visionem & verbam super tabulam, ut ab
indoctis, & non admodum peritis posset intelligi.* Christophorus à Ca-
stro ibid. scribit non in libro voluisse Deum hanc visionem proponi, sed in
tabulis publicis, ut ea res nota esset omnibus. Idem docent *Cornel. à
Lapide Comm. in cap. II. Habac. p. 59. Gasp. Sanctius in loc. cit. pag. 156.*
Similiter coacti fuerunt Prophetæ divina coarctatione mittere ver-
ba Domini ad Reges per manus nunciorum, qui venire Hieroso-
lymam solebant, ut colligitur ex Jer. XXVII. 3. Hæc pertinent
conciones Prophetarum adversus proximos & longissimè distitos
in *Orientalis regni Babylonix, Persix, plagæ meridionalis Oc-
cidentalæ & Septentrionalium Scytarum* intimis recessibus peccato-
res. Ita ante deportationem *Babylonicam Esaias* intra terram
Chanaan

Chanaan adversus *Affyrios, Babylonios, Persas, Medos, Æthiopes* (ut nihil dicam de vicinioribus *Egypto, Moabitis, Edomitibus, Tyriis, Sida-
niis, Syriis, Damascenis* & similibus aliis) prophetavit, prout id-
ipsum patet ex *Esa.* cap. XIII. usque ad cap. XXIIV. *Esaïam* secutus
est (non temporis ratione, quia *Chronologia* testatur *Ionam, Ose-
am, Amosum* ipso priores fuisse) *Propheta Amos*, qui identidem in
extraneos invehit *Ecclesiæ* hostes. Nam speciatim *Syris* cap. I. 3. 4.
Philistæis v. 6. 8. *Tyriis* v. 9. *Idumæis* v. 11. *Hammonitis* v. 13. *Moabitis*
cap. II. 1. 2. 3. Dei judicia superventura ob impœnitentiam prædi-
cit. Tantum enim abest intra *Palæstinæ* angustias terrorem isto-
rum Vatum substituisse, ut potius ad ipsas gentes penetrarit, il-
lasq; concusserit.

§. 21. Neque verò in terra sancta solummodo prophetarunt,
sed quoque extra illam veram docuerunt religionem. Ita *Ionas*
missus fuit à Deo in *Assyriam*, ut *Ninevitas* à sceleribus ad pietatem
hortaretur. Sed tantam gentem primitus alloqui veritus, à facie
Domini Jon. I. 3. profugit ad tempus. Tandem tamen iussa Dei
executurus, Nini urbem adiit, eamq; ab Idololatria tum temporis
revocavit. Quod etiam *Propheta Nabum* fecit. Quamvis enim
Ninevite temporibus *Iona* egerant poenitentiam, per quam effuge-
runt poenam divinitus ipsis denunciata; postea tamen, quoni-
am ad pristinae impietatis vomitum redierunt, in poenas dudum
promeritas, quas *Nabum* illis Spiritu Prophetico prædixerat, inci-
derunt. Similiter *Propheta Daniel* à *Nabuchdonosore* M. Magistra-
tus s. Scholarcha super cunctos sapientes (quia in *Chaldæa* non
modo artium humanarum Dan. I. 20. Sed etiam divinarum sapien-
tia tradita fuit Dan. II. 48.) constitutus est. Quare ipse veram re-
ligionem in regno *Babylonico* plantavit vid. Dan. II. 44. & Magi-
cas artes (quantum ipsi licuit) suppressit. Nec minori Zelo *Pro-
pheta Ezechiel* eodem tempore, quo *Ieremias* Hierosolymis, ille in
civitate *Babel* prophetavit. Nam septennio post *Danielem* in *Ba-
byloniam* abductus, nec captivus desuit calamitatem Regi & urbi
imminentem pluribus visionibus ac prophetiis depingere, donec
universa excidio periissent. Ut jam non commemorem reliquum
illustrium Prophetarum chorum, etiam in tribus prioribus Monar-
chiis

his semper reperti fuerunt veri veræ religionis assertores & propugnatores. Ita in prima Monarchia, quæ Chaldeorum vel Assyriorum fuit, verum Deum cognoverunt Nebucadnezar (alias Nabuchodonosor cognomento Magnus) & Evilmerodachus. De Evilmerodacho videri potest II Reg. XXV. 27. Jer. LII. 31. De Nebucadnezare certa res est, quando publicum de colendo Deo edictum in omnibus regnis suis (quia è Prophetarum monumentis constat, quibus etiam Josephus suffragatur, Phœnices, Palestinos, Ammonitas, Moabitas, Idumæos, Syros, Assyrios, Medos, Persas, Elymæos, Ægyptios, Trogloditas, aliosq; ejus ætatis celebriores populos ipse armis succubuisse) promulgari jussit Dan. III. 29. eum ad summi Dei agnitionem perductum esse. vid. Dan. IV. 31. Hinc & servus heri omnipotentis Jer. XXV. 9. & XXVII. 6. vocatur. Hunc verò sine dubio inter primates regni non pauci sunt secuti, inter quos Nebusar Adan Jer. XL. 1. cujus tamen vestigia Belzaser non pressit, sed à patria pietate ad luxum ignaviamq; cum Ethnica superstitione conjunctam, se convertit, quem tamen insigni illa obscura Scriptura lectione & expositione ad se agnoscendum invitavit Jehova Dan. V. In Monarchia secunda, quæ Medorum & Persarum fuit, plures Reges admodum religiosi fuerunt, quemadmodum illud patet ex distinctis eorum decretis de populo Israelitico è captivitate dimittendo, de templo Jerosolymitano reedificandò, deq; urbe, & politia Judaica restauranda. Ita cum Darius ingens illud miraculum vereq; divinum, tum Danielis medios inter leones conservati, tum accusatorum ejusdem ab illis absorptorum videret, sui officii esse cogitavit, publicum promulgare edictum, quod extat Dan. VI. 25. 26. ad omnes ditionum suarum subditos, de Deo vero Danielis colendo. Similiter Cyrus à Propheta Daniele in vera Dei agnitione informatus, veræ religioni addictus fuit I. Esdr. I. 2. 3. Unde etiam postquam ex Esaiæ & Jeremia lectione cognovit, Deum promissionem dedisse de reditu Judæorum è captivitate Babylonica post LXX. annos futuro correptus illicò cupidine exsequendi ea, quæ scripta legerat, edictum regium publicè promulgavit II. Chron. XXXVI. ult. convocatis Judæis liberam in patriam revertendi potestatem concessit, urbemq; & templum restaurare jussit, collatis

ad structuram Templi sumptibus magnificis. Etiam *Cambysen* aliquam veri Dei notitiam habuisse, inde colligitur, quod gentilium idola non modo illudit ac violavit, sed etiam destruxit. Neque vel ulli, ut opinor, *Darij Hystaspis & Artaxerxis Longimani* sacra in propaganda vera religione ignota esse possunt. Ille enim regno potitus decretum *Cyri*, hortantibus id ipsum Prophetis, *Aggeo & Zacharia*, renovavit de exstruenda domo Domini & ipsa urbe reparanda. Sumptus quoque largissimos ex aërio suo ad templi structuram suppeditari iussit, & sub pœna suspendii edixit, ne quis Judæos in ædificationis opere impediret. I. Esdr. VI. Hic verò tertium edictum anno regni sui septimo promulgavit, quo ipse *Esdras* Sacerdotem & Scribam privilegiis amplissimis instructum, cum magno populi comitatu in patriam dimisit, urbemq; sanctam inhabitari, cultum Dei instaurari, atque Rempubl. Judaicam constitui iussit Conf. Esdr. VII. 12. seq. Cæterum nec in *Monarchia tertia*, quæ *Græcorum* fuit, omnis veri Dei cultus penitus expiravit. Quo pacto autem & huic tertiæ Monarchiæ Domino divinæ cognitionis lux affulserit, ex iis apparet, quæ habet *Josephus lib. XI. Antiquit. c. 8. fol. 180.* de summo Sacerdote *Jaddo*, qui cum *Alexandro M.* suppeticas ferre recusaret, utpote *Dario* obstrictus, & sibi malè metueret ab *Alexandro*, flammæ & interitum minitante, Deo sacra faciens publicas pretes instituit, & in somno admonitus cum reliquis Sacerdotibus *Alexandro* obvius processit, quem simul ac intuitus Rex protinus supplex adoravit, cumq; eodem longum sermonem de Monarchia tertia ex *Daniele* contexit, quæ latius describit *Josephus dict. loc.* Ex quibus patet, quanta huic orbis Monarchiæ fenestra ad veram Dei cognitionem patefacta sit. Nihil jam dicam de *Codice Biblico*, quem LXXII. Interp. operâ in græcam linguam transferri curavit *Ptolomeus Philadelphus*. Nec tamen eo primum tempore Biblia græcè loquebantur, sed jam multò ante Græcè conversa esse asserit *Ornamentum Academiae nostræ* Dn. D. *Dorschæus in diss. quæd. lit. d. 3. quæ Theol. Zachar. inserta* visitur & *part. 2. C. L. p. 32.* Afferit idem *Aristobolus*, historicus Judæus, affirmans, ante Alexandri & Persarum imperium legem *Mosis* & miracula in *Ægypto* patrata, græco sermone conscripserat.

extitisse. Verba ejus citata vide apud *Perquam Rev. ac Ampl. Dn. D. Calovium in Critico S. §. 194. p. 693.* Harum verò translationum usum in extrema etiam Æthiopia fuisse, vel hinc colligi potest, quod A. VIII. 28. *Eunuchus Æthiops & Ethnicus homo* in curru Esaiam Prophetam legerit, quem illi mox *Philippus* interpretabatur. Ita de multis Philosophis probabiliter dicitur, eos etiam legisse libros sacros. Justinus Martyr in *secund. Apolog. pro Christ.* ostendit Platonem multa à Mose mutuatum esse. In *Paranet.* Platonem dicit, quæ à Mose & Prophetis de uno Deo acceperit, mysticè proposuisse. Mosen autem metu mortis non sit ausus nominare. Similia habemus apud Tertullian. in *apolog. cap. XLIV.* Eusebium lib. IX. de *preparatione Evang. c. 111.* Augustinum lib. III. de *Civit. Dei cap. XI.* Unde Numenius Philosophus *Pythagoreus* (qui & ipse Mosen magna cum veneratione citasse legitur) Platonem *Mosens Atticum* vocare non dubitavit. Nam pleraque sua his verbis confirmat, *ut antiqui perhibent, ut in priscis Oraculis habetur: sæpe quoque mentionem facit τὸ θεῶν λόγος vetusti & verissimi sermonis,* quem Justinus de vera traditione ex Mose, vel aliis sanctis Viris in Ægypto hausta interpretatur.

§. 22. VI. **Ex naturæ lumine.** Concedimus quidem utroque pollice Naturam *per se ac immediatè* neminem perducere ad fidem & in salutarem Dei agnitionem: nihilominus tamen excitare potest, & extimulare ad inquirendum verum Deum, qui se inveniri faciet inquirantibus. Ulterius latitudo hujus gratiæ (sensu latiore) & Dei in illa dispensanda intentio sese non extentit. Quod probè notandum tum contra Pontificios nonnullos, utpote Thammerum, Andradium lib. 2. *expl. Concil. Trident. p. 292.* Pererium *diff. XVIII. in cap. I. Rom. & Commentatores Thomæ* plerosque in *Ilam Ille quest. 1. & 2. Justinianum in cap. I. Rom. v. 20.* Tum contra *Arminianos,* gratiam quandam generalem extra verbum Dei gentibus tribuentes, quæ ad Deum illi converti, & sic salvari potuerint. Vid. Venator in *Replica ad confutation. minist. Dordracensium p. 125. 135.* & Apologeta *Remonstrat. cap. XII. p. 193. b.* Quibus accedunt *Moy. ses Amyraldus tract. gallico de predest. cap. VII.* Paulus Testardus *minister Blesensis, thesibus de nat. & grat.* Stephanus Curcellæus in *tract. gallico,*

gallico, quo Mediatorem inter Amyraldum & Molinam agere voluit, apud Dn. D. Joh. Tob. Major. in exeg. locor. diffic. *περὶ ἁπ.* part. pr. ad Act. IV. Comm. 12. Sed contra ipsum prævenientis hujus gratiæ finem adæquatum, & expressam Scripturæ literam Joh. III. 18. 35. Rom. X. 14. De Patrum hac in re sententia quid statuendum sit pluribus deducit Max. Rev. ac Exc. Dn. D. Hülsemann. in Diatrib. de auxil. grat. cap. I. th. V. p. 90. seq. & th. XVI. p. 122. seq. quos partim excusat, quod loquantur de gentibus doctis, quibus non minima pars dogmatum fuit nota, & sic omni non caruerunt prædicatione: partim eosdem non rectè adduci: partim eorum sententiam ex scriptis Spuriis probari, sufficienter ostendit Verum de hisce alibi cum Deo ac Die. Dare autem Deum gentilibus hanc universalem gratiam & hac intentione, ut bona Ecclesiæ inquirant, & Deum inveniant, expressè inquit Apostolus Act. XVII. 27. ubi *ἐν τῷ ψηλαφᾶν καὶ ἀεισεύειν* à Deo intendi prædicat, & quidem eo modo ut sint *ἀναπαισθητοὶ* Rom. I. 20. Sed quod pædagogia illa effectum suum non sortitur, voluntaria & evitabilis negligentia, vel etiam contemptus hominis in causa est Rom. I. 24. Et hunc vocationis modum multi Reformatorum nobiscum agnoscunt, ut Bullingerus in cap. I. ad Rom. v. 20. & v. 24. Paræus in loc. cit. Beza resß. 2. ad act. Colloq. Mompelg. p. 95. Perkinsus lib. de prædest. & grat. Dei tom. 1. p. 148. Polanus Synt. tom. 2. lib. 6. c. 32. Kimedont. de præd. c. 14. p. 585.

§ 23. VII. Ex Ecclesiæ fama & celebritate. Fama, inquit Dn. D. Hülsemannus in Diat. C. L. th. XV. §. 2. p. 115. per quemcunque divulgetur, nihil aliud est, nisi prædicatio: sive Naamanis ancilla de Ecclesia Israelitica referat II. Reg. V. 2. 3. s. joco, an seriò fiat Philip. I. 16. 17. prædicatio tamen est de rebus divinis. Sed fama de Ecclesia in orbe quovis tempore nota fuit. Etenim posteritati Caini notus erat, aut saltim esse poterat cultus posterorum Sethi; Patriarchæ noti erant in terra Chanaan, itemq; in Mesopotamia Jud. V. 6. Ægypto &c. quo peregrinati fuerant. Conf. Gen. XII. 5. 10. c. XX. 1. c. XXVI. 1. c. XXVIII. 5. c. XLI. 43. Postmodum Ægyptum relinquens Israel, eorum fama ad remotissimas quasque gentes pervenit: præsertim nomine cultus, qui in illis fuit singularis atque eximius. Accessit miraculorum fama, quæ ad gentes etiam fuit propagata.

pagata. Nam si consideremus (ut de multis pauca saltim tanga-
 mus) Cherubinum gladium à Paradisi introitu homines antediluvianos
 repellentem, celestem Abelitici sacrificij incensionem, stupendam Enochi
 translationem, admirandum bestiarum & avium in arcam Noë ingressum
 & sustentationem, fontium abyssi & cataraetarum cæli ad exstirpandos
 Cainisqvas apertionem, Iridis, novi fœderis signaculi, mirabilem configu-
 rationem, linguarum ad turrim Babylonicam confusionem, sulphur ac
 ignem Domini à Domino Pentapoli Sodomiticæ excidium afferentem, pri-
 mogenitorum Ægyptiacorum, & exercitus Assyrici percussionem, Josuæ
 & Gideonis admirandam formitudinem, Elæ igneis quadrigis in cælum
 deductionem, illa profecto omnia talia ac tanta fuerunt, ut ex illis
 omnes omninò homines verum Deum, si debitum accessisset stu-
 dium, agnoscere potuissent. Sic prodigia in Ægypto facta de
 Israelitarum admiranda, & prolixa (Nam Moses iussus est popula-
 res non per Philistæorum terram, sed per viam deserti circumdu-
 cere) ex Ægypto eductione, per mare rubrum deductione, & in ter-
 ram Canaan introductione, toti orbi innotuerunt Exod. IX. 16. Fa-
 ma quoqve de immutato solis cursu, eoq; bis repetito Jos X. &
 tempore Hiskia II. Reg. XX. (de quo portento ut qværent ex Ba-
 bylonia ad ipsum Ezechiam venerunt Legati Principum Babel II. Pa-
 ral XXXII. 31.) de tam admirandis victoriis &c. increbuit per uni-
 versum orbem. Nam hoc Dominus prædixerat Deut. II. 25. &
 Rahab expressè fateetur Jos II. 9. 10. 11. Et ita omninò de etate sub
 Judicibus Ecclesiæ statuendum, qva gratisima veræ religionis fama
 innotuit ipsis vicinis, qvique Ecclesiæ Israeliticæ primordia non
 potuerunt non scire. Dubitantem remittimus ad Regis Ammo-
 nitarum cum Iepthæ legatis institutam expostulationem de terra
 Ammonitica per vim ab Israelitis occupata, cum servitio Ægypti-
 aco exiissent Jud. XI. 13. Per articulos penè omnium temporum o-
 mnes posset hoc deduci, sed brevioribus spatiis in tam vasto re-
 rum oceano ambulandum est. Atqve ut ex innumerabili earun-
 dem copia pauca seligamus, quis nescit Salomonis tempore Ecclesi-
 am adeò claram fuisse, at nullus ferè locus tam inaccessus, qvo
 non ejus fama pervaserit. Sic ad remotissimas insulas classes
 emisisse ac navigationes adornasse varios, ex illustribus patet ex-
 emplis.

emplis. Omitto Regem Tyri Hiramum, Regem Iosaphatum & Ochoziam qui classem construxerunt in Ophir emittendam propter aurum, sed ire non poterant, quia in *Afion-Gaber* (vide Mappas Geographicas *Ortelij*, ut & *Pinedam lib. de reb. Salomon.*) contractæ sunt I. Reg. XXII. 49. II. Paral. XX. 36. Sanè sapientissimus *Salomon* navigationes instituit in *Ophir* I. Reg. IX. 26. II. Paral. IX. 21. per quas sparsa sunt Dei eloquia in remotissimas etiam regiones. *Thomas Lopezius* in *sua Indica navigatione* scribit, *Sophalenses* in rerum suarum perantiquis commentariis legere *Salomonem* Regem, tertio quoque anno, ingentem auri copiam ex istis locis deportasse. Unde antiquissima sit traditio, aurifodinam ibi fuisse *Salomoni*, unde tot thesauros exhauserit. Est autem *Sophala* s. *Cephala* sub ima *Africa* ad oceanum *Æthiopicum*. Et *Maffæus lib. 10. Hist. Indic.* ex *Bonserij* literis commemorat de origine *Pegusorum* stirpem eos à *Judæis* exulibus ducere, qui à *Salomone* damnati ad aurifodinas *Ophiranas*, ea loca primi tenuerint. Secundùm quam sententiam *Ophir* esset constituenda in *India Orientali*. Porro mentio sit *Regina Æthiopiæ* Act. VIII. 27. Plures Reginas vide apud *Strabonem* quarum omnium nomen *Candaces*. Mentio etiam in sacris injicitur *Regina Austri* Matth. XII. 42. Luc. XI. 31. quæ *Salomoni* Synchronos & familiaris fuit I. Reg. X. 1.

S. 24. Quid de *Hierosolyma*, quæ fuit gaudium universæ terræ Thren. II. 15. & caput non unius terræ sanctæ, sed multorum populorum & gentium, quemadmodum id testimonio *Philonis* ostendit *Villalpandus* in *appar. urb. p. 1. l. 2. c. 22.* referam? Certè hæc in medio (si nempe medium sumatur non *Mathematicè*, sed *Physicè* *ἡ ἀλάτις* & in quadam latitudine) *Judææ* & totius orbis sita fuit. Innuere hoc videtur *Propheta Ezechiel* cap. V. 5. Hinc ab *Hieronymo* vocatur umbilicus terræ, *comment. in Ezech. C. L.* *Ptolomæus* etiam totum orbis spatium in septem Climata divisit, & ad quartum adeoq; medium refert *Hierosolymam*. Idem docent *Hilarius can. ult. in Matth.* *Germanus Constantinopol. Patriarch. in theor. rer. Eccles.* *Petrus Damianus cognom. Chrysologus Tom. I. serm. 37.* *Apollinaris in Ezech.* *Andr. Cretenf. Gilbertus Genebrardus in Psal. 73.* *Joh. Bochius, Beda, Villalpandus aliiq;.* Hanc verò ideò in ipso

in ipso terræ meditullio constituit Deus benignissimus, ut esset di-
 vini cultus officina, & doctrinæ cœlestis q̄. sedes, q̄vo nempè faci-
 lius verbum suum in centro prolatum ab æquidistantibus omni-
 bus orbis terrarum partibus audiretur & cognosceretur. Esa. II. 3.
 Non enim Judæos solum & profelytos, sed etiam gentiles in festis
 solennioribus *Hierosolymam* religionis causa iter fecisse manife-
 stum est non tantum *ex prædictione Regis Salomonis* I. Reg. VIII. 41.
 sed etiam *ex complemento*, q̄vod describitur II. Maccab. III. 2. 3. q̄vo
 etiam pertinet, q̄vod memorat Josephus *lib. 2. de bello Jud. c. 17. de*
Eleazaro Ananiæ Pontificis filio, Augustus Cæsar sacrificia cum q̄vo-
 tidiana tum annua in Dei Israelitici honorem instituit, & oblatio-
 nes suas sedulò Hierosolymis misit. Alii etiam Pagani & alieni-
 genæ multi soliti sunt templum adire, & vota ibi concipere ac
 reddere. Nam in toto ferè terrarum orbe propter captivitatem
 Babylonicam notum erat, Jerosolymam esse civitatem, in quam
 undiq̄ve conveniatur propter testimonium Domini Psal. CXXII.
 3. 4. Cicero *orat. pro Flacc.* stomachatur q̄votannis ex omnibus pro-
 vinciiis Romanis à Judæis habitantibus in illis, aurum exportari
 Hierosolymam. Ita gentilem fuisse *Eunuchum* (ab officio non vi-
 tio corporis ita denominatum. Conf. Gen. XXXVII. 36. Dan. I. 18.)
Candaces Regina Dynastam Act. VIII. 27. Thomas Aquinas *in Job.*
XII. lect. 4. & Euseb. *lib. 2. c. 1.* censent: Et nemine tamen obfisten-
 te venit Hierosolymas, ut adoraret. Nec ἔθνη q̄vi Joh. XII.
 20. ascenderant *ἰνα προσκυνήσωσιν ἐν τῷ ἱεροῦ* gentiles fuisse du-
 bitamus. Hinc Syro sunt *ܢܘܫܢܐ ܢܘܫܢܐ ܕܢܘܫܢܐ* *de gentibus Viri.*
 Et *Vulgatus* rectè vertit; *Gentiles.* His enim templum non erat
 clausum, q̄voad certa cultus divini genera, nempè q̄voad preces,
 adorationes, benedictiones, gratiarum actiones, holocausta spon-
 tanea, oblationes & pia vota, q̄væ speciali nomine *קָרְבָּנֵי גוֹיִם*
ſacra Paganorum dicebantur, quamvis sacrificia pacifica, expiato-
 ria, aliaq̄; illis denegata fuerint, q̄vod demonstrat pluribus J. Sel-
 denus *de Jurc Ebraeor. lib. III. c. III. seq.* Hinc ipsi Ebræi *in Breschie*
Rabba Paraséb. 66. fol. 74. tradunt: *Si Gentilis Dominum benedixerit,*
respondendum esse Amen. Loquimur autem de monte templi exte-
 riori ac atrio Gentium, q̄vod *porticum Salomonis* dici, haut pauci
 opinan-

opinantur: ab interiori enim admissione interdicto divino & positivo arcebantur Act. XXI. 28. Quibus accedit quod Act. II. 5. dicatur in *Jerusalem* fuisse, habitantes viros *Ἰουδαίους* ex omni natione, quæ sub cælo est. Nam ex *Asiatis* ibi fuerunt *Parthi* inter *Indum* & *Tigrum* habitantes, *Medi Parthis* vicini, *Elamitæ* i. e. *Perſæ*, quorum regio erat *Elamis* magna, *incola Mesopotamia* inter *Euphratem* & *Tigrim* in *Asia* majori, *Judæa* per quam generaliter *Palæſtina* tota (frustra enim *C. Barthius lib. V. Adverſ. c. II.* refragantibus *Codicibus* textum hic ſollicitat ac loco *Ἰουδαίους* legit *Ἰουδαίους* quæ peculiaris regio erat à *Palæſtina* ſejuncta) intelligitur, *Cappadocia* minoris *Aſiæ Populi*, *incole Ponti*, *Aſiæ* (puta minoris in ſpecie ſic dictæ) *Pamphiliæ* & *Phrygiæ*. Ex *Aphris* fuerunt *incole Ægypti* & partium *Libyæ*, itemq; *Cretæ* *Inſulæ* & *Ambiæ*. Ex *Europæis* fuerunt *advenæ Romani*, quorum nomine non tantum cives *Romani*, ſed promiſcuè quivis ex quibusvis imperio *Romano* ſubjectis provinciis occidentalibus intelliguntur. Imò ibidem ſine omni dubio & ex *Germanis* aliquos adfuiſſe demonſtrat *Pl. Rev. ac Excell. Dn. D. Meiſnerus in Program. feſt. Pentec. ann. præterito Witteb. affixo*. Neque putandum pauculos quosdam *Judæos* in diverſis terræ tractibus habitariſſe, cum compertum ſit unam *Ægyptum*, alioquin innato avitoq; *Judæorum* odio flagrantem tot *Judæorum* nihilominus *Myriades* aluiſſe, ut *C. Caligule* tempore non minus, quam decies centena millia *Judæorum* habitarent *Alexandriam*, totamq; regionem. Latius id perſequitur *Noſter Dn. D. Doſſchæus in Theol. Zachar. part. 1. p. 34.* omninò legendus. Huc facit *Philon. lib. cont. Flacc. & lib. de legat. ad Caj. Joſeph. lib. 14. antiq. c. 12.* Ex *Christianis Nazianz. orat. 44. quæ eſt de Pentecoſte* afferere; Nullam uſpiam terrarum nationem fuiſſe, ubi non fuerit reperire *Judæos*. Quid? quod *Acosta lib. 1. de procuranda Indorum ſalute*, *Christianos* quosdam opinari ait: *Majores novi orbis ſ. Braſilienſium* bonam partem ex *Judæis* conſtituiſſe *cap. 23. p. 59.* Conferantur huc *Novi Orbis Scriptores*, *Hieronymus Benzo*, *Iohan. Leriſius*, *Ioh. Hugo Linſcottanus*, *Pet. Martyr ab Augleria*, *Damianus à Goes*, *Ioh. Petrus Maſſæus*, *Franciſcus Lopeſius Gomaraus*. Unde factum, ut *Hieroſolyta* in quatuor *Monarchiarum* poteſtatem fuerit

erit redacta. Facta enim est serva *Babyloniis* II. Reg. XXV. Quo tempore *Nebucadnezar Rex* per mandatum omni populo, nationi & lingvæ Deum Israelis notum fecit. Vid. th. 21. *Persis* deinde rapina fuit. Reddidit tamen Maximus *Perfarum Imperator* gloriam unitatis, veritatis & bonitatis summæ Deo, populumq; libertati reddidit. *Græcis* etiam collum submittere fuit coacta. Quo spectat *Alexandri M.* exemplum, quod copiosè commemorat *Joseph. l. XI. c. 8.* & ex eo *Schickardus in Tarich p. 66.* Sancta illa olim civitas paruit deniqve etiam *Romanis.* Hi enim facti sunt amici *Judæorum*, uti ex fœdere inter Romanos & *Judæos* in libris *Machabæis* tradito elucet. vid. *Laudatus Dn. D. Dorfscheus C. L. pag. 35. seq.*

§. 25. Nec defuerunt unquam *Schola illustriores.* Nam ut hic nihil dicam de *Adamo Doctore:* Annon *Enoch* pro discipulis suis librum de rebus naturalibus, & Angelorum natura conscripsit, unde *prophetaſſe* dicitur in epistola *Judæ v. 14.* Nec dubium est plurimas ejusmodi prophetias à reliquis Prophetis de rebus divinis institutas fuisse, quemadmodum ex hac quæ Spiritui S. nobis repetere placuit, colligere licet. *Arca Noë*, quid aliud fuit, quàm *Schola* quædam? *Abraham*, qui adhuc in natali, si *Josepho* credimus, *Chaldææ* solo publicè Doctorem egit, filios suos docuit *Gen. XVIII. 19.* Pressit optimi Parentis vestigia genuinus ejus filius *Isaacus*, crebris ad exercitium Religionis excitatis altaribus, quod citra præcedaneam informationem nullum fuisset, Deoq; inimicum. Nec minor hic fuit *Jacobi* sollicitudo, qui in benedictionis successionem venerat. Quam primum enim ex *Idololatrica Labanis* familia excessit, in *Succoth* domum sibi & acquisitioni suæ turguria excitavit i. e. ut *Philo* vertit *ὄικον καὶ αὐλάς τῆς κურίας*, Neque infructuosus fuit ipsius in suorum educatione labor. Si quidem *Josephus* tantum jam profecerat, ut privata accedente industria *Doctorum Ægyptiacorum* Doctor evaserit, eosq; sapientia excellentiori imbuerit *Psal. CV. 22.* Postmodum *Moses* non modo docentis munus totos quadraginta annos sustinuit: verum idem privatim singulis Patribus familias exsequendum mandavit *Deut. VI. 7.* exacuere filii jubens, quæ ab ipsis retenta vellent. Omitto quod nonnulli urgent de *פִּינַחֵם בְּעֵרָה* colle *Phineas*,

cuius in extremo *Josua* commate mentio extat, & ubi Scholam
 fuisse arbitrantur, cui *Phineas* præfuerit. Annon *Samuel*, qui tra-
 ditus est institutioni Sacerdotis *Heli* I. Sam. I. ult. collapsam Ec-
 clesiasticam pariter atqve politicam gubernationem feliciter in-
 flauravit. Sed & Scholam in colle I. Sam. X. 10. erexit, unde filii
 Prophetantes (*Chaldeus* illos appellat *הלמורי נביאי* *discipulos*
Prophetarum. Conf. I. Sam. X I X. 20.) quorum Doctores fuerunt
Elias, *Elisæus*, *Esaïas*, & alii, qui Scholas suas habuerunt in *Gilgal*,
Bethel & *Jericho* II. Reg. II. 1. 2. & IV. 38. *Josaphatus* Rex Judæ gene-
 ralem Scholarum in regno suo instituit visitationem II. Paral.
 XVII. 7. *D. Jacobus* testatur Act. XV. 21. *Mosen* ἐν ἑκάστην πόλιν
 in singulis civitatibus habere, qui ipsum prædicent in Synagogis,
 ubi per omne Sabbathum legitur. Ex divina quidem ordinatio-
 ne unicum duntaxat in tota *Palestina* erat templum Hierosoly-
 mis: præter istud tamen in singulis civitatibus Israeliticis popu-
 losioribus erant *Synagoge*, in quibus *Mosis* & *Prophetarum* Scripta
 singulis Sabbathis publicè prælegebantur & explicabantur Act.
 XIII. 27. cap. XV. 21. unde toties de *Christo* & *Apostolis* dicitur, quod
 Synagogas ingressi in eis docuerunt Matth. IV. 23. c. IX. 35. Marc. I.
 21. Luc. IV. 15. Act. IX. 20. c. XIII. 5. 14. c. XIV. 1. c. XVII. 2. 10. Quæ
 explicationes & prælectiones non tantum ad ordinarios Doctores
 pertinebant, sed etiam honoris causa peregrini dono interpretan-
 di instructi, in Synagogam venientes ad eos ab *Archisynagogis* quod
 ex Act. XIII. 15. eluceffit, observante quoque Tertulliano *lib. 4. ad-*
versus Marcionem, invitabantur. Conf. *Flacium in gloss. ad cap. XV. 1.*
Ep. ad Corinth. p. 808. Ejusmodi verò Synagogas complures fu-
 isse Hierosolymis, colligitur ex Act. XXIV. 12. Rectè Calvinus in
b. l. Per varia urbis loca dispositæ erant Synagoge, in quibus conventus
suos agerent. Quem ex Pontificiis *Cornelius à Lapide in cap. VI.*
Act. p. 134. 135. Sanctius comm. in eund lib. p. 134. aliq; sequuntur.
 Imò numerus Synagogarum Jerosolymitanarum ex *antiq. Judaicis*
 erui potest. Qua de causa factum, ut *B. Noster Gerhardus Harm.*
part 3. p. 991. Schindlerus Lex. f. 1002. Sigonius lib. 2. de Rep. Hebr. c. 8.
Scultetus l. 2. exercit. Evang. p. 40. Genebrard. l. 2. Chronol. Toletus
in Joban. Torniiell. in Ann. Sacris fol. 398. communem Ebræorum
 mentem

mentem esse affirmant CCCCLXXX. Synagogas (in Gerhardsi *Harm.* 431. vitio *Typographorum* & non abfimile mendum in Schindli. *Lex.* ubi 1480. occurrit) ante ultimam everfionem in urbe sancta numeratas fuisse. Quod confirmat Rabbi Salomo Jarchi in *Esa. I. 21.* vid. Selden. *proleg. lib. de successione. p. 43.* Sed & in exteris regionibus Judæi proprias habuerunt Synagogas. Gens enim iis temporibus dispersa admodum, quod Joh. Bapt. Villalpand. *appar. urb. & templ. p. 1. l. 1. p. 119.* & Sigonius *l. 7. de Rep. Hebr. c. 15.* ostendunt, certa loca, in quibus religionis cultusq; divini causa, conventus instituit, habuit. Conf. Act. VI. 9. Similiter in ipsa Chaldaea Scholæ extiterunt celebres. In *Ægyptum* jam ante *Mosis* ætatem instructissima bonarum literarum erant Gymnasia, ubi deinceps ex conversatione cum Judæis Græci multa de religione Judaica & mysteriis divinis perceperunt. Nam de Mose *Primitivus Martyrum Stephanus* refert quod *πρώτη σοφία αἰγυπτίων* in aula sc. Regia *Thermutidis* jussu eruditus fuerit Act. VII. 22. Testantur quoque *Judæorum annales* in ipsa captivitate Babylonica Judæos habuisse suas Synagogas, & duas insignes Scholas, quarum una erat *שולת סור* Schola Syriae, altera *שולת פומבדיתא* Schola in *Pombedita*. Sic claudit olim Schola *Phœnicum*, *Bardorum* & *Druidum*, *Lyceum Atheniense*, Schola *Jonica*, *Academia Romana*, Schola *Alexandrina Ptolemaei*. Nec postremas tenuit Schola *Danielis* primum *Babylonica*, post *Persica*, unde tandem prodierunt Magi, qui stella excitati, Christum recens natum, in quiverunt Matth. II. Sed & plurimi varias susceperunt peregrinationes ad Scholas *Judæorum*, *Chaldæorum*, *Hebræorum*, *Assyriorum*, *Ægyptiorum*, quas discendi causa ab ipsis susceptas esse *Lactantius lib. 4. c. 2.* & *Hieronym. Epist. ad Paulin.* asserunt. Sic ad Judæos profectos legimus *Orphæa*, *Museum*, *Aglaophemum*, *Homerum*, *Lycurgum*, *Solonem*, *Empedoclem*, *Pythagoram*. Idem fecisse novimus *Platonem*, *Democritum*, *Thaletem* & quos non? Quæ omnia ex antiquioribus Patribus (*Justino Martyre*, *Origene*, *Tertulliano*, *Lactantio*, *Arnobio*, *Eusebio*, *Clemente Alexandrino*, *Theodoreto*, *Augustino*, quibus quondam lis & res fuit cum Ethnicis) Poetis, Historicis, Oratoribus deduci latè possent, si instituti ratio permitteret. Adducamus tamen nonnulla. De creatione pleraq;

quæ Moses prodidit, et si sæpè involucris tecta, apud *Hermetem Trismegistum*, *Linum*, *Hesiodum*, *Homerum*, *Virgilium*, *Ovidium* aliosq; inveniuntur. vid. *Phil. Mornæus de verit. Relig. Christ. cap. 1 X. p. 119.* *Hug. Grotius de verit. Rel. l. 1. p. 25. & in not. p. 232. seq. edit. Paris.* Nomen *Adami*, *Justino Martyre* teste, ex oraculo quodam resonuit. Poetæ verò hunc *Adamum* videntur per *Saturnum* primum & antiquissimum inter medias fabulas descripsisse. Gentilium *Hesiodi*, *Homeri ac Lini* mentionem facit *Eusebius lib. XIII. de præpar. Evang. c. VII.* quod *septimum diem* tanquam sacrum suis celebrarint carminibus. Plura testimonia vid. apud *Joseph. II. cont. Appion. Lamprid. in Alexand. Sever. Casaubonum ad Sueton. p. 282. Andr. Rivet. in Decal. expl. Paradisi* notitiam Ethnicis communicatam fuisse ex *Nectare & Ambrosia* qf. pane immortalitatis inter eos celebrato colligere datur. *Sacrificandi ritum* gentium usu & consuetudine receptum fuisse, etiam quoad sacrificiorum materiam, formam & species latè deduxit *Cl. Dn. Diltherus Tom. 2. disp. Acad. p. 203. seq.* Et quia in Patrum sacrificiis hostiæ igne sacro cœlitusq; delapso inflammabantur, inde opinio irrepsit Deum esse ignem; qui cultus Idololatricus postmodum ad omnes ferè terrarum Ethnicos, ad *Chaldeos* nempè, *Medos*, *Persas*, *Græcos & Romanos* propagatus est. *Diluvij* apud profanos Scriptores mentionem fieri negat *Augustinus lib. 18. de Civit. Dei c. 8.* Contra verò *Josephus* testatur *lib. 1. Antiquit. c. 4.* quod hujus diluvii meminerint omnes profani Scriptores. Adducit etiam *Hieronymum Ægyptium*, *Nicolaum Damascenum*, *Mnaseum*, *Berosum* &c. additq; suo tempore reliquias arcæ apud Armenos ostendi solitas. *Lactantius lib. 2. cap. 11.* Diluvium ab omnibus gentibus creditum & factum esse ad perdendam tollendamq; ex orbe terrarum malitiam, constare inter omnes scribit. Inprimis verò graphicè cataclysmus iste ab *Ovidio* depictus est. *Noachum* Scriptores nominarunt jam *Janum Bifrontem*, quia utrumque vidit mundum, jam *Bachum*, tanquam primum vitis Satorem, jam *Dencalionem*, jam, *Cyrillo Alex. lib. 1. contra Julian. teste*, ex *Abydeno & Alexandro Polybistore*, *Xysurum* vel *Sisythrum*. *Turris Babylonica* in conspectu omnium stetit, & *Plinius lib. 7. c. 56.* ait, se habuisse historias *Babylonicæ turris* per 700. annos extensas. *Sodoma &*

ma & Gomorrhæa conflagratio Tacito fuit nota vid. *lib. 21. Annal.*
Abrahami, Israelis, Iudæ, Iosephi meminit Justinus *lib. 36. Hist.* Qvi
 etiam innotuere *Beroso, Alexandro Polyhistori, Menoni, Eypolem. Ar-*
tabano & aliis. Mosis conservationem, educationem, discessionem,
 vocationem, signa, prodigia, miracula recensent *Numenius Pytha-*
goræus, Artabanus & Strabo. Conf. *Eusebius de preparat. Evang. lib. 9.*
seq. *Iosephus, Augustinus de civitate Dei,* & quæ in commentario li-
 bri ejusdem addidit *Ludovicus V. ves, Clemens Alexandrinus,* & quæ
Iustinus Martyr paullum initio orationis ad gentiles, de antiquitate
 Scriptorum *Mosis* adducit ex *Polemone, Appione, Ptolomæo, Mende-*
so, Hallanico & Philochoro. Educationem *Israelitarum & suffocationem*
Pharaonis cum exercitu in mari memorat *Iosephus.* Conf. *Just. l.*
36. & Tacit. lib. V. Hist. *Diodorus Siculus circa fin. l. 1. Biblioth.* *Mo-*
sen autorem facit *Judaicarum sanctionum & à Deo nomine Jao*
 accepisse asserit. *Iustinus,* ait, *Judæos Ægyptiorum sacra furto ab-*
 stulisse: *Ægyptios* ea armis repetituros domum tempestate com-
 pulsos fuisse. *Tacitus* *Iudæorum* nomen ab *Ida monte* deducit.
 Pleriqve ob lepram *Judæos* ejectos fuisse narrant. *Decimas,* quas
Moses exposcit *Num. XIIII.* pro *Sacerdotibus & Levitis,* *Diis* quo-
 que suis gentiles dedisse ex *Cicerone lib. 3. de Nat. Deor. Plauto, He-*
rodoto, Xenophonte patet. *Terram Canaan* *Strabo lib. 16.* satis fuse
 describit. Idem fecit *Tacitus,* qvi & flumina *Judææ* recenset & *Re-*
 gionis *Metropolin Jerosolymam* esse tradit. Et quis omnia recen-
 sere posset? Plenius argumentum hoc pertractarunt *B. Ægid. Hun-*
nius tract. de maj. Script. arg. XVIII. *Dn. D. Danhaverus in Christeid.*
phæn. 1. p. 13. *Dn. D. Micrælius in Ethnophron. lib. III. cap. XX. XXI.*
seq. *Dn. Dilherus C. L. p. 173.* *Mornæus C. L. cap. XXXII. XXXVI.*
Grotius C. L. Hugo Sanford lib. 1. de descensu Chr. ad infer.

§. 26. VIII. Ex Gentilium multorum conversione.
 Legimus enim in *V. T.* exempla converforum ex Gentilismo ad ve-
 rum Deum *Israelis* non solum quorundam hominum particulari-
 um; sed etiam integrarum urbium, regionum, nationum, popu-
 lorum. Quin imò & eorum qvi in dignitate & eminentia apud
 alienigenas constituti erant. Sic *Melchisedecum Dynastam Cana-*
neum fuisse (non autem *Filium Dei* quemadmodum post innomina-

eos quosdam hæreticos apud Epiphanium *lib. 2. advers. her. her. 55.*
P. Cunæus *lib. 3. c. 3. de Rep. Hebr. & Hierax Ægyptius* putant, conf.
Max. Rever. ac Ampl. Dn. D. Clotz. disp. solen. sup. aphor. Evang. Job. I.
29. in append. neque Spiritum Sanctum uti Anonymus autor quæst. V.
& N.T. qu. 109. quem Augustinum falsò dicunt Pontificij plerique, tra-
dit, quæ opinio post hæresin Melchisedecianorum peperit) ait Jose-
phus *lib. 7. de Bell. Ind. c. 18.* Ex Patrum choro hoc statuunt Græci,
Hippolitus, Irenæus, Eusebius, Casariens. & Emissenus, Apollinaris, Eusta-
rius, teste Hieronymo *in epist. ad Evagr. Tom. III. p. 38.* Ex nostris B.
Hunnus *in epist. ad Hebr. & ex parte Dn. D. Glassius in explic. Psalm.*
CX. sct. IV. §. 54. Ex Pontificiis Pererius, Cornelius à Lapide *in cap.*
VII. ep. ad Hebr. v. 3. p. 382. (ubi in hanc quoque sententiam adducit
Dionys. Cælest. *hier. c. 9. Epiph. her. 51. Theodoret. in gen. qu. 63.*)
Delrio *in Gen. Ribera, Bened. Justin. in epist. ad Hebr. & Salianus ad*
ann. mundi 218. Ex Calvinianis Calvinus, Paræus, Rivetus *in Gen. &*
nihilominus vera fuit imbutus fide, quam sine dubio à piis Paren-
tibus, & ad alios porrò studiosissimè propugnavit. Similiter tres
illos primarios & illustres Viros, Mamre, Aner & Escol *Gen. XIV. 13.*
per Abrahamum ad verum Israelis Deum fuisse convertos, ex fœ-
dere, quod cum illis iniit, eluceffit. Conf. *Deut. VII. 2. II. Chron.*
XIX. 2. De pietate Abimelechi Regis legere est *Gen. XX. vid. B. Ger-*
hard. in b. l. p. 408. in cuius regnò itidem viguisse veri Dei cultum è
v. 8. 9 colligitur. Conf. *cap. XXI. 22. 27.* in quo etiam, in Bersaba,
Abraham publicè prædicavit de nomine *JEHOVAH,* æterni Dei *v. 33.*
De Ephronis pietate erga Abrahamum videre est *Gen. XXIII. Rut-*
sus de Rege Philistinò *in Genar. Gen. XXVI. 28. 29.* tempore Isaaci, qui
itidem publicè ibidem prædicavit *v. 25.* Annon *Job* fuit *Idumæus*
(quod non vult in controversiam vocare Rivetus, additis rationibus
in Gen. exerc. 144. p. 710.) nihilominus tamen pius fuit ac integer,
cui par non in terra. timens Dei & recedens à malo *Job. I. 1. c. II. 3.*
ac Deo acceptissimus *Ezech. XIV. 14. 20.* Annon *Iethro* fuit *Midia-*
nites & tamen dicitur *יִתְרוֹ* quod & Sacerdotem & ducem significat.
Conf. *II. Sam. XVIII. 18. I. Par. XIX. 17.* Hinc cum audivisset omnia,
quæ Deus fecerat populo suo in exitu ex Ægypto, ipse *Midian* pro-
fectus, holocausta adduxit, & de suo præbuit materiam offerendo
Exod.

Exod. XVIII. 1. 12. Annon *Rabab* fuit *Chananea* & אֲרָבָא Jerichuntina Jos. II. 1. c. VI. 17. & tamen operibus justificata esse dicitur Jac. II. 25. quatenus fidem non mortuam, sed operantem per charitatem (ut *Paulus* loquitur Gal. V. 6.) habere declarata est. *Ruth*annon *Midvanitis* & tamen veram religionem deserere noluit Ruth. I. 16. c. II. 11. 12. *Hiram*annon *Rex Tyri* & tamen *Davidi* ligna ad ædificandam domum misit II. Sam. V. 11. per servos *Salomoni* recens inaugurato, gratulatur I. Reg. V. 1. 7. II. Chr. II. 11. 12. eiq; ad structuram templi (quod ædificatū fuit in area *Aravna* hominis gentilis II. Chr. III. 1 ab artificibus & operariis gentilibus II. Chr. II. 17.) ligna dedit I. Reg. V. 10. *Naaman*annon *Syrus* & tamen veram religionem amplexus est II. Reg. V. 15. 17. *Arauna*annon *Iebustitarum Rex* & tn. postea regno se abdicās religioni Israeliticæ adhæsit II. Sam. XXIV. 23. vid. B. Lutheri *gloss. margin. in h. l. & Dn. D. Glafs. in gram. Sac. lib. III. tract. 1. p. 8. De Nebucadnezare, Dario Medo, Cyro, Dario Hyst. Artaxerxe, Alexandro M.* aliisq; supra dictum. Etiam integræ nationes & populi, rejecto gentilismo ad Judæos, si non mutato loco, tamen religione transferunt. Horum verò Deus tantam egit curam, ut legibus pro iis passim latis, eodem illos cum Judæis jure frui voluerit Exod. XII. 48. 49. Lev. XIX. 9. 33. Num. XV. 15. Deut. X. 18. Esa. LVI. 3. Quam ob causam in tantum apud Israelitas excreverunt numerura ut jam *Salomonis* tempore peregrinorum præter sexcentos, centena quinquaginta tria millia numerarentur I. Paral. II. 17. Nam Exod. XII. 37. commemoratur, quod cum Israelitis ex *Ægypto* ascenderit עַרְבֵי מִצְרַיִם *mixtio multa* s. copiosa populi multitudo, quæ quidem ex posteritate *Abrahæ* non fuit nata Num. XI. 4. interim tamen Israeliticæ Ecclesiæ incorporata, & beneficiorum huic populo promissorum particeps facta. Hi verò populi dicebantur גֵּרֵי אֶרֶץ מִצְרָיִם I. Par. XXII. 2. Atque horum duo erant genera. Quidam circumcissionem & totam legem Mosaicam recipiebant, qui dicebantur גֵּרֵי צִדְקָה *profelyti iustitiæ s. veritatis*, idq; propterea, quia ex lege *Mosis* non commoditatem terrenam, sed iustitiam & consequenter salutem expectant. Tales autem per profelytismum consequerantur, ut inter Israelitas essent, sicut ipsi Israelitæ, ceu dixit *Moses* Num. XV. 15. quod *Talmudici* concedunt in *Massech. Levamoch. c. 4. & Philo lib.*

de

de Monarch. confirmat. Et licet non in omnibus, tamen in sacris
jus habebant idem, quod Judæi Exod. XII. 48. 49. Num. XV. 14.
Quidam Profelyti tantum præcepta filiorum Noë s. Dei veritatem am-
plexi, idolis & eorum cultui renunciabant, quia Idololatriis non li-
cebat inter Judæos habitare, qui dicebantur גר־שֵׂעָר Profelyti
Portæ ex Deut. XIV. 29. & גר־תְּשׁוּבִים Profelyti incola habitantes
inter Judæos; non quod semper actu habitarent inter Judæos, sed
quod habitare inter illos possent, cum esset libitum. Hi autem non
circumcidebantur, nec totam legem Mosaicam ceremoniam &
forensam, sed septem præcepta filiis Noë divinitus data, quæ re-
censet Dn. D. Qvistorius in annot. Bibl. ad Deut. IV. 13. rejicie-
bant. Qvales erant Naaman Syrus II. Reg. V. 15. Eunuchus Candaces
Act. VIII. 27. Cornelius cap X. 1. aliiq; Similiter Gabaonitæ non tan-
tum recepti sunt in cœtum Ecclesiæ Jos IX. 15. Sed etiam in nume-
rum servorum templi Domini, ut lignatum aqvatumq; mitteren-
tur v. 21. 27. unde & novum nomen *Netbinaorum* qf. *deditiorum* aut
adscriptiorum reportarunt, cujus mentio inter Sacerdotes & Le-
vitas extat Neh. XI. 21. Esdr. II, 43. 58. Etiam *Cenai* Jethronis posteri
Jud. I. 16. benignitatem exercuerunt erga Israelem, cum ascenderet
ex Ægypto, idcirco parciit eis Saul I. Sam. XV. 6. & habitarunt in-
ter Israelitas I. Chron. II. 55. Omitto *Edomæorum* & *Ægyptiorum* cœ-
tum de quibus Deut. XXIII. 7. 8. item illos, qui non potuerunt famili-
am suorum Majorum indicare Neh. VII. 61. nec non alienigenas qui
adhæserunt Jehovah Esa. LVI. 6. Sed quid de *Ninevitis* dicam? Sanè
si unicum illorum tantum profstaret exemplum, satis firmum con-
tra absolutum illud à Calvinianis excogitatum decretum, nobis
suppeditaret exemplum. Nam fuit *Nineve* Civitas Deo magna (h. e.
maxima) & totius regni Assyriorum metropolis, extructa à *Nimrod*
Gen. X. 11. denominata à *Nino*, cujus ambitus CCCCXXC stadia
juxta Diodorum Siculum in *Bibl. histor.* efficiebat. Ad hanc verò
jubetur abire Propheta & clamare alta voce contra eam excidium
Jon. I. 1. 2. c. III. 2. 3. Sed hac comminatione territi terrarum incolæ,
vera ac salutari fide (quod contra *Danaum* notandum) in Deum
crediderunt Matth. XII. 41. Neque duntaxat vulgus hæc publica
veræ pœnitentiæ edidit specimina, verum etiam Rex ipse s. fuerit

Ascenzapes

Aferazapes quemadmodum Reusn. in *Chron. f. Sardarapalus* uti Calvifius in *Chron.* & Aug. Tornieil. in *Annal. sac.* existimant. Quare etiam veniam peccatorum & pœnæ denunciata relaxacionem tum temporis à Deo impetraverunt. Quæ sanè exempla omnia nihil aliud fuerunt, quam taciti concionatores, quibus ad Ecclesiam veram iterum invitabantur alii.

§. 27. Denique IX. Ex veneranda Antiquitatis confessione. Et quidem ex seculo II producimus tum Justinum Martyrem qui in *Apol. 2. pro Christian.* in medio p. 20. inter alia sic scribit: *Ex quibus intelligere nobis datur, quomodo prius ad pœnitentiam invitet Deus omnes, quam dies Judicij adveniat.* Et in Dialogo cum Tryphone circa finem ferè p. 359. *Nos gentes, inquam, perhibet letari cum populo suo, Abrahamo, dico, & Isaaco & Jacobo & Prophetis omninò omnibus, eisq, qui ab illo populo provenientes, secundum ea, quæ supra professi sumus, omnes Deo grati, placitig, sunt.* Tum Irenæum lib. II. c. 76. Ex seculo III. Tertullianum lib. de resurrect. carn. c. X. & lib. de patient. c. 2. & 4. Origenem lib. 2. *de d&χōv* c. 5. lib. III. contra Celsum lib. I. in epist. ad Rom. c. 8. 9. Cyprianum epist. LIX. ad Fidum, Arnobium ad gentes lib. II. Ex seculo IV. Athanasium lib. de Incarn. verb. Tom. I. p. 45. Cyrillum Hierosolym. cateches. lib. II. III. VI. XIII. Basilium in Ps. VII. & XLVIII. Gregorium Nyssenum lib. de orat. dom. & orat. 10. in Cant. & Orat. Catech. c. 8. Ambrosium lib. 1. de Parad. c. 8. Tom. I. oper. Epiphanium her. 66. Ex seculo V. Chrysostomum hom. VII. in I. Tim. II & in Job. I. hom. VII. Cyrillum Alexandr. lib. I. in Job. c. XI. & lib. 1. in Esa. orat. I. Tom. II. oper. Prosperum epist. ad Demetriad. Quorum verba citata vide apud Gerhard. Joh. Voffium in *Hist. Pelag.* lib. VII. part. I. th. IV. pag. 673. seq. & Didac. Ruizium de volunt. Dei disp. XIX. sect. 5. p. 199. & sect. VI. p. 202. De Augustini mente, ut olim, ita hodiè multæ contentiones ortæ sunt, tum inter Pontificios, Dominicanorum cum Jesuitis & horum vicissim inter sese, quo de videatur Svaretz lib. 3. opusc. de auxil. grat. c. 18. §. 3. seq. & c. 13. § 19. c. 11. § 12. & lib. 2. c. 5. §. 3. & ejus Adverfarius Didacus Alvarez lib. 1. de aux. grat. disp. 5. & disp. 110. n. 13. seqq. Did. Ruiz. de provid. & prad. disp. XVII. sect. I. tum inter Reformatos non modo Remonstrantibus cum contra Remonstrantibus, sed his ipsis quoque inter se mutuo ferram

H


conten-

contentionis reciprocantibus. Conf. scripta *Amyraldi & Spanhemij, Job. Arnold. Corvini & Bogermanni*. Sed & varium & mutabilem fuisse *Augustinum*, ut ægrè secum hic conciliari possit, asserit *Paræus in lib. de grat. & lib. Arbit. c. 14.* quæ sequitur *D. Latermann. in exerc. de præd. lib. 38.* In eo tamen quasi in velabro *Olearii* de pretio conveniunt pleriq; *Augustini* Antagonistæ, eum duas propugnasse sententias, *unam* quam habuerit primo nobiscum communem de universali Dei gratia, morte Christi pro omnibus gustata, atqve omnibus ad salutem vocatis; *alteram*, qua retracta priori sententia, gratiæ Dei, meriti Christi & vocationis particularitatem ad mentem Calvinianorum defenderit. Et hæc sententia nimo operè attridet hodiernis *Pacirepis*, quorum vestigia quoque legit *D. Drejerus in Erörterung* ubi p. 356. sic differit: *Augustini* Wort sind klar / daß er das Absolutum decretum vertheidiget habe von der Zeit an / da er mit den Pelagianern gestritten. In voriger Zeit hat er eine andere Meinung gehabt / wie auß seinen Büchern vor dem certamine Pelagiano geschrieben / erhalten; aber hernach hat er die verlassen / und diese vertheidiget. In specie verò de vocatione hæc proponit p. 352. Von dem allgemeinen Veruff und kräftigen Wirkung im Menschen redet er anders an vielen Orten / nemlich daß das Evangelium eilichen geprediget und gegeben werde / und solches zwar obmerum Dei beneplacitum. Verum ad hæc & similia, quæ etiam à *Vincentio, Gallis & Genuensibus* passim objiciebantur, jam olim *Prosper Aquinaticus, Episcopus Rhegiensis*, genuinus *S. Augustini* discipulus atqve interpres ex instituto & accuratè respondit. Nam propter hanc causam eum Responsiones ad capitula *Objectionum* scripsisse *Fulgentius lib. 1. ad Monimum* testatur. Præterito, inquit, tempore illi luculentissimo *S. Augustini* operi à quibusdam Gallis objectum, quod *B. Augustinus* in assertione prædestinationis divina peccatores non ad solum prædestinatos diceret judicium, sed etiam ad peccatum, cujus dicta, quia ipse celeri præventus est obitu, *Prosper, Vir Eruditus & sanctus* rectè defendit, *fideli & copioso sermone*. Respondet autem tum in genere, negando talem sensum scriptis inesse *Catholici Doctoris*, qualem eum, qui frustra calumniantur, ostentant: tum in specie, Deum velle, ut omnes homines salvi fiant; id enim *Apostolum* sollicitissime præcipere ac in omnibus Ecclesiis piissime custodiri, ut Deo pro omnibus hominibus supplicetur, ex quibus

bus, quod multi pereunt, perentium esse meritum, quod multi salvan-
tur, salvantis esse donum. Nullo modo credendum esse homines in hujus-
modi desperationem ex Dei voluntate cecidisse, cum porius alletet Dominus
omnes, qui corruunt & erigat omnes elisos. Unde idem Prosper in re-
spons. ad object. Vincentian. vel ad articulos falso Augustino impositos in-
ter prodigiosa mendacia recenset, quod Augustino id impositum
fuerit art. II. quod Deus nolit omnes salvare, etiamsi omnes salvari ve-
lint: & art. III. quod Deus majorem partem generis humani ad hoc creet,
ut illam perdat in aeternum. Et art. IV. quod major pars generis humani
ad hoc creata à Deo, ut non Dei, sed Diaboli faciat voluntatem. Et art. VII.
quod hac sit voluntas Dei, ut magna pars Christianorum salva esse nec ve-
lit, nec possit. Hæc igitur sententia Augustini fuit, teste Prospero, & qui
eum durius interpretantur injuriam ei faciunt, ait Philipp. Melanchton.
in respons. ad Bavar. art. 22. Ex nostris B. D. Menzerus resp. ad part.
secund. convers. Pruten. f. 142. De Augustino sic statuit: Meminerit,
inquit, Crocius (& Socii) doctissimum illum Patrem in reprobatione
semper agnoscere justum Dei judicium, & sic loqui de Prædestinatione, ut
objectum ejus statuatur homines in peccatum prolapsos, quod Beza in ipso
perperam reprehendit; sed ab hoc Crocius rectè discedit, & felice successu
Augustinum in hoc argumento legunt, qui tanquam Interpretem adhibent
Fulgentium, multa duriusculè dicta emollientem commoda interpretatione
& ostendentem ipsum fundamentum divini Judicij ex scripturis. Multa
etiam contra Pelagianos dicta requirunt dextram applicationem, ne ab-
solutè & simpliciter accipiantur, quæ determinatè & r̄i sunt posita.
Et quæ ubinam docuit Augustinus prædestinationem ad malum,
omnia fieri è prædeterminatione necessitante & quidem gratia
irresistibili? ubinam propugnavit absolutam perseverantiam,
absolutum decretum? ubinam negavit gratiæ Dei, Redemptionis
Christi & vocationis universalitatem. Loca quæ in contrarium al-
legari solent agunt partim de fidei solùm Pelagianæ prævisione ante
Electionem negata, partim de peculiari gratiæ specie, partim de pec-
uliaribus casibus & administratione mediocum magna sui parte
abscondita, partim de justo Dei judicio, partim nihil ad rem faci-
unt, Quod ipsum solidè & ex professo demonstravit Max. Rev. ac
Ampl. Dn. D. Calovius. Fautor ac Præceptor meus per septennium
etatem

etatem Venerandus in Syncret. Cal. disp. 4. p. 249. seq. Ex multis pro
 orthodoxia Augustini hæc adducimus testimonia, utpote è lib. de
 Spir. & liter. ad Marcell. c. 33. *Vult Deus omnes homines salvos fieri, &
 in agnitionem venire, non sic tamen, ut eis adimat liberum arbitrium, quo
 vel bene vel male utentes iustissime judicentur. Quod cum fit, infideles
 quidem contra Dei voluntatem faciunt, cum ejus Evangelio non credunt
 &c. Et serm. 38. de Sanct. Si Deus noster nos vellet punire, non nos an-
 te secula moneret. Idem Augustinus in Psal. 45. Quid est, Deus in me-
 dio ejus? Hoc significat, quod Deus æquus est omnibus, & personas non
 accipit. Quomodo enim illud quod in medio est, paria habet spatia ad
 omnes fines? ita Deus medius esse dicitur, equaliter omnibus consulens.
 Si equaliter omnibus consulit, neminem utiq; absolute salutifera gratia
 praterit. Quam sententiam postmodum propugnavit autor libb.
 de Vocat. gentium, qui putatur aut ipse fuisse Prosper, aut alius Vir
 Doctus, qui circa illa tempora adversus Pelagianos fortiter depu-
 gnavit. Conf. lib. 1. c. 1. 2. 6. In reliquis seculis quomodo doctrina
 Orthodoxa semper propagata fuerit, succinctè diduxit Dn. D. Mi-
 crælius in heterod. Calvin. Dec. prim. disp. 4. Nos hic finimus, ingemi-
 nantes pro nobis illud Salvatoris: Sanctifica nos, Deus, in
 Veritate Tua, Sermo Tuus est Veritas.*

NIFANI, cello conatu sacra revolvens
 Augmentum studiis quæris ubique tuis.
 Lustrum testis erit prælustre, quod acer ad Albim,
 Egisti, Cathedra principe teste simul,
 Quam radiis quondam circumfulsisse Lutherum,
 Posteritas gaudet solem imitata suis.
 Haud juxta Varnum factus dilutior, urges
 Inceptum magno difficiliq; modo.
 Inceptum quid dico tuum? jam proximus instat,
 Finis & ad summum mens generosa meat.
 Gratia quæ gentes per dissita climata terræ
 Ad cælum radio sufficiente trahit,
 Fini plena tuo conspiret, & ardua summo
 Terminet ad summum semper honore bonum!
Scribeb. amoris mnemosynon Gustraviij
 Joh. Georg. Dorscheus, D.



Astraxapes quemadmodum Reufn. in Chron. & Aug Torniiell. in Ann etiam veniam peccatorum & pœnæ den temporis à Deo impetraverunt. Quæ aliud fuerunt, quam faciti concionator ram iterum invitabantur alii.

§. 27. Denique IX. Ex venera fensione. Et quidem ex seculo II prod tyrem qui in *Apol. 2. pro Christian.* in me bit: *Ex quibus intelligere nobis datur, quon viret Deus omnes, quam dies Judicij adveni phone circa finem ferè p. 359. Nos gentes, populo suo, Abrahamo, dico, & Isaac & Ja mibus, eisq;, qui ab illo populo provenientes fessi sumus, omnes Deo grati, placitiq;, sunt.* Ex seculo III. Tertullianum *lib. de resurrec c. 2. & 4. Origenem lib. 2. de xpo c. 5. li epist. ad Rom. c. 8. 9. Cyprianum epist. LIX gentes lib. II. Ex seculo IV. Athanasium lib. Cyrillum Hierosolym. cateches. lib. II. I VII. & XLVIII. Gregorium Nyssenum l Cant. & Orat. Catech. c. 8. Ambrosium lib Epiphanium *her. 66. Ex seculo V. Chryso II & in Job. I. hom. VII. Cyrillum Alexan i. in Esa. orat. I. Tom. II. oper. Prosperum ep verba citata vide apud Gerhard. Joh. Vo part. I. th. IV. pag. 673. seq. & Didac. Ruiz sect. 5. p. 199. & sect. VI. p. 202. De Augusti diè multæ contentiones ortæ sunt, tum i norum cum Jesuitis & horum vicissim in Svaretz lib. 3. opusc. de auxil. grat. c. 18. §. 3 lib. 2. c. 5. §. 8. & ejus Adversarius Didacus disp. 5. & disp. uo. n. 13. seqq. Did. Ruiz. de sect. I. tum inter Reformatos non modo R tra Remonstrantibus, sed his ipsis quo**

H

palus uti Cal ant. Quare ationem tum omnia nihil ecclesiam ve ritatis con stinum Mar. alia sic scri nitentiam in go cum Try bet letari cum tis omnino o v. & supra pro lib. II. c. 76. b. de patient. ssum lib. I. in nobium adv. Tom. I. p. 45. asilium in Ps. & orat. 10. in . Tom. I. oper. VII. in I. Tim. . c. XI. & lib. id. Quorum elag. lib. VII. Dei disp. XIX. olim, ita ho Dominica de videatur . c. 11. §. 12. & de aux. grat. disp. XVII. us cum con tuo ferram conten-

